& Eliel & Jiſmacia & Machath & Benaia propoſiti erant ſub manu Conaniæ & Shimei fratris ejus ex conſtitutione Jechizkiæ Regis & Azariæ Antiſtitis in domo Sanctuarii Domini. 14. Core verô filius Jimnæ Levita, conſtitutus Janitor ad Orientem, præerat iis quæ ſponte offerebantur coram Domino, ut daret oblationes coram Domino & ſancta ſanctorum. 15. Huic autem à latere *erant* Eden & Minjamin & Jeshua, & Shemaia Amaria & Shecania in civitatibus Sacerdotum cum *hoc* munere ut darent fratribus ſuis juxta diviſiones eorum, magno juxta ac parvo. 16. (Præterquam qui recenſiti ſunt inter mares à natô tres annos & ſupra) omni ingredienti in domum Sanctuarii Domini ad opus divinum ad miniſterium ſuum in officiô ſuô per diviſiones ſuas. 17. Et *iis* qui recenſiti ſunt Sacerdotibus per domum Patrum ſuorum & Levitis à natô viginti annos & ſupra in officiis ſuis per diviſiones ſuas. 18. Recenſitis, inquam, cum omnibus parvulis eorum, uxoribus eorum & filiis eorum & filiabus eorum, omni cœtui: propterea quod in munere eorum ſanctificati eſſent ad *miniſterium* ſanctum. 19. Filiis quoque Aharonis Sacerdotibus per agros ſuburbanos urbium eorum in ſingulis urbibus viri nominibus expreſſi *conſtituti* ſunt, qui darent portiones omni maſculo inter Sacerdotes & omnibus qui recenſiti ſunt inter Levitas. 20. Fecit autem ad hunc modum Jechizkia in omni Jehudâ: operatuſque eſt bonum & rectum & verum coram Domino Deo ſuo. 21. In omni autem opere quod cœpit in miniſterio

וֶאֱלִיאֵל וְיִסְמַכְיָהוּ וּמַחַת וּבְנָיָה מְמַנַּן מִן יַד כָּוֹנַנְיָה וְשִׁמְעִי אֲחוּהִי
בְּמִנּוּי יְחִזְקִיָּה מַלְכָּא וַעֲזַרְיָה סַרְכָּא בְּבֵית מִקְדְּשָׁא דַיְיָ׃ וְקוֹרֵא
בַּר יִמְנָה לֵוָאָה מְמַנָּא תַּרְעָא לְמָדִינְחָא עַל נִדְבָתָא דְמֵיתְיָא
קֳדָם יְיָ לְמִיתַּן אַפְרָשׁוּתָא קֳדָם יְיָ וְקֻדְשֵׁי קוּדְשַׁיָּא׃ וְעַל
צִיטְרֵיהּ עֵדֶן וּמִנְיָמִן וְיֵשׁוּעַ וּשְׁמַעְיָה אֲמַרְיָה וּשְׁכַנְיָה בְּקִרְוֵי
כַּהֲנַיָּא בְּהֵימָנוּתָא לְמִתַּן לַאֲחוּהוֹן בִּפְלוּגְוָתָא הֵיכְרַבָּא
הֵיכְזְעֵירָא׃ בַּר מִמָּה דְאִתְיַחֲסוּ לְדִיכְרִין מִבַּר תְּלַת שְׁנִין
וּלְעֵילָא כָּל דְעָלֵיל לְבֵית מִקְדְּשָׁא דַיְיָ לְפִתְגָם יוֹם בְּיוֹמֵיהּ
לְפוּלְחַנְהוֹן בְּמַטַּרְתְּהוֹן לִפְלוּגְוָתְהוֹן׃ וְיַת דְאִתְיַחֲסוּ כַּהֲנַיָּא
לְבֵית אֲבָהַתְהוֹן וְלֵוָאֵי מִבַּר עֶשְׂרִין שְׁנִין וּלְעֵילָא בְּמַטַּרְתְּהוֹן
בִּפְלוּגְוָתְהוֹן׃ וּלְאִתְיַחֲסָא בְּכָל טַפְלְהוֹן נְשֵׁיהוֹן וּבְנֵיהוֹן וּבְנָתֵיהוֹן
לְכָל־קְהָלָא כְּטוּל דִיבְהֵימְנוּתְהוֹן אִתְקַדְּשׁוּ לְקוּדְשָׁא׃ וְלִבְנֵי
אַהֲרֹן כַּהֲנַיָּא בַּחֲקַל פַּרְוִילֵי קִרְוֵיהוֹן בְּכָל קִרְיָא וְקִרְיָא גּוּבְרִין
דְאִתְפְּרָשׁוּ בִּשְׁמָהָן לְמִתַּן חוּלְקִין לְכָל דְכוּרָא בְּכַהֲנַיָּא וּלְכָל
דְאִתְיַחֲסוּ בְּלֵוָאֵי׃ וַעֲבַד כְּדָא יְחִזְקִיָּה בְּכָל יְהוּדָה וַעֲבַד דְתַקִּין
וּדְכָשַׁר וּדְקֻשְׁטָא קֳדָם יְיָ אֱלָהֵיהּ׃ וּבְכָל עוֹבָדָא דְשָׁרֵי בְּפוּלְחַן
בֵּית

& Levitarum ut conſtanter incumberent Legi Domini. 5. Quare cum invaluiſſet diploma multiplicârunt filii Iſraëlis primitias frumenti, vini & olei & mellis dactylorum & univerſi proventus agri, decimas etiam omnium copioſe attulerunt. 6. Sed & filii Iſraëlis & Jehudæ qui habitabant in urbibus Jehudæ ipſi obtulerunt decimas boum & ovium, decimaſque ſanctorum, quæ ſanctificata erant coram Domino Deo ſuo attulerunt & diſtribuerunt acervatim. 7. Menſe Sivane cœperunt acervorum fundamenta poni: menſe autem *ſeptimo* Tishri completa ſunt. 8. Cumque venientes Jechizkia & Principes viderent acervos, benedixerunt Domino & populo ejus domui Iſraëlis. 9. Interrogavitque Jechizkia Sacerdotes & Levitas de ratione acervorum. 10. Reſpondit illi Azaria qui conſtitutus eſt primarius ſuper familiam Tſadoki, dicens, Ex quô tempore cœperunt ſeparare oblationem inferendam in domum Sanctuarii Domini comedimus *&* ſaturati ſumus, & remanſerunt plurima, (verbum enim Domini benedixit populo ſuo) quod reliquum eſt autem, ecce eſt copia, hæc bona. 11. Præcepit igitur Jechizkia ut præpararent conclavia in domô Sanctuarii Domini & præparaverunt *ea*. 12. Intuleruntque oblationes & decimas ſanctas fideliter: fuit autem præfectus eorum Conania & Shimei frater ipſius ſecundus ei. 13. Jechiel autem & Azaria & Nachath & Aſahel & Jeremoth & Jozabad

ולואי מן בגלל יתקפון באוריתא דיי : וכד איתוקף פתגמא
אסגיעו בני ישראל שירוי עבור חמר ומשח ודובשא דתמריא
וכל עללת חקלא ומעשר כולא לסוגעא אייתיאו : ובני ישראל
ויהודה דיתבין בקרוי יהודה אוף הנון מעשר תורו ועאן ומעשר
קודשיא דמקדשין קדם יי אלההון אייתיאו ויהבו כירוון כירוון :
בירחא דסיון שריאו כירוון לאיתוסרא ובירחא שביעאה דתשרי
פסקו : ואתו יחזקיהו ורברבנייא וחמו ית כירוותא ובריכו ית
יי וית עמיה בית ישראל : ותבע יחזקיה על כהנייא ולואי
על עיסק כירוותא : ואמר ליה עזריהו דממנא לרישא על
דבית צדוק ואמר מעדן דשריאו לאפרשא אפרשותא לאייתאה
לבית מקדשא דיי אכלין ושבעין ומשיירין עד סוגי ארום
מימרא דיי בריך ית עמיה ומה דאישתייר הא אית דיכפת
טובא חדין : ואמר יחזקיהו לאתקנא לשכתא בבית מקדשא
דיי ואתקינו : ואייתינו ית אפרשותא ומעשרא דקודשיא
בהימנותא ועליהון ממנא סרכן כוננידו לזאת ושמעי אחוהי
תנין ליה : ויחיאל ועזזיהו ונחת ועשהאל וירמות ויוזבד
ואליאל

de terra Iſraëlis & habitantes in Jehudâ. 26. Fuitque lætitia magna Hieroſolymæ à diebus enim Shelomonis filii Davidis Regis Iſraëlis hujuſmodi *quid* non fuerat Hieroſolymæ. 27. Dein ſurrexerunt Sacerdotes Levitæ & benedixerunt populo & accepta eſt oratio eorum: pervenit quippe oratio eorum ad habitaculum domûs Majeſtatis Sanctæ ejus in cœlis.

CAP. XXXI.

His omnibus peractis egreſſi ſunt omnes homines Iſraëlis qui inventi ſunt in urbibus Jehudæ, & fregerunt ſtatuas, ſuccideruntque lucos ac demoliti ſunt excelſa atque altaria, de univerſa domô Jehudæ & de Benjamine, & de Ephraimo & Menaſshæ, donec penitus aboleviſſent ea: deinde reverſi ſunt omnes filii Iſraëlis quiſque in poſſeſſionem ſuam in civitates ſuas. 2. Conſtituit autem Jechizkia diviſiones Sacerdotum & Levitarum in miniſteriô ſuô per diviſiones ſuas, quemque juxta officium ſuum tam Sacerdotum quam Levitarum ad holocauſta & ſacrificia ut miniſtrarent & confiterentur & laudes canerent in portis caſtrorum Domini. 3. Portionem quoque Regis quam dedit de propriâ ſubſtantiâ in holocauſta tam matutina quam veſpertina in addititia quoque Sabbatorum & Neomeniarum & ſolennitatum *cæterarum*, ſicut ſcriptum eſt in Lege Domini. 4. Præcepit etiam populo habitantibus Hieroſolymam, ut darent portionem Sacerdotum

מארעא דישראל ודייתבין ביהודה: והות חדוה רבתא בירושלם ארום מן יומי שלמה בר דויד מלכא דישראל לא הות כדא בירושלם: וקמו כהניא וליואי ובריכו ית עמא ואתקבלת צלותהון ועלת צלותהון למדור בית שכינת קודשיה לשמיא:

לא.

וכד פסקו כל דא נפקו כל אינש ישראל דאשתכחו לקרוי יהודה ותברו קמאתא וקטעו אשירתא ותרעו ית במסייא וית אגורייא מן כל בית יהודה ומן בנימין ומן אפרים ומנשה עד דשיציאונון ותבו כל בני ישראל גבר לאחסנתיה לקרויהון: ואקים יחזקיהו ית פלוגוות כהנייא וליואי על פולחנהון בפלוגוותהון גבר חי כפום פולחניה לכהניא ולליואי לעלתא ולנכסת קודשיא לשמשא ולאודוי ולשבחא בתרעי משרייתא דיי: וחולק מלכא דיהב מן קניניה לעלוון לעלוות צפרא ורמשא למוספי שביא ולרישי ירחיא ולמועדיא היכמה דכתיב באוריתא דיי: ואמר לעמא ליתבי ירושלם למתן חולק כהנייא וליואי

nam oravit pro eis Chizkia, dicens, Dominus qui bonus eſt, propitius eſto populo qui errarunt. 19. Siquidem animum ſuum intenderit ad quærendum timorem Domini Dei Patrum ſuorum, nec animadvertat in peccata populi qui non fecerint Paſcha debitô ritû, edendo cum puritate carnem ſanctam. 20. Acceptam habuit autem Dominus orationem Chizkiæ & ſanavit populum. 21. Fecerunt itaque filii Iſraëlis qui inventi ſunt Hieroſolymæ feſtum Azymorum ſeptem dies cum lætitiâ magnâ, laudes autem canebant coram Domino per ſingulos dies Levitæ & Sacerdotes inſtrumentis muſicis coram Domino. 22. Et locutus eſt Jechizkia ad cor Levitarum, quibus inierat intellectus bonus coram Dominô, & comederunt ſacrificia ſolennitatum ſeptem diebus, immolantes victimas ſacrificiorum & confitentes coram Domino Deô Patrum ſuorum. 23. Inieruntque conſilium univerſus cœtus de faciendo poſt Paſcha conviviô ſeptem diebus aliis: fecerunt itaque convivium ſeptem diebus cum gaudio. 24. Chizkia enim Rex tribus domus Jehudæ exhibuit cœtui mille boves & ſepties mille oves: Principes verò exhibuerunt cœtui boves mille & oves decies mille: Sanctificarunt autem ſe Sacerdotes plurimi. 25. Et lætati ſunt univerſus cœtus Jehudæ & Sacerdotes & Levitæ & univerſus cœtus qui venerat de domo Iſraëlis, & peregrini qui venerant

de

ארום צלי חזקיהו אמטולהון למימר יי דהוא טב יכפר על
עמא דאשתליו : ארום ליבביה אתקין למתבע דחלתא דיי
אלהי אלהא דאבהתוי ולא יתבע חוביהון דעמא דלא עברו ית
פסחא כדחזי למיכל בדכותא בשר קודשא : וקביל יי צלותיה
דחזקיה ואסי ית עמא : ועבדו בני ישראל דאשתכחו בירושלם
ית חגא דפטיריא שבעא יומין בחדווא רבתא ומשבחין קדם
יי יומא ביומא ליואי וכהניא בזמני תושבחתא קדם יי : ומליל
יחזקיהו על לב ליואי דאית בהון שכלא טבא קדם יי ואכלו
ית נכסי קודשיא דמועדיא שבעא יומין דבחין דבחי נכסת
קודשיא ומודן קדם יי אלהא דאבהתהון : ואתמליכו כל
קהלא למיעבד בתר פסחא שירותא שבעא יומין חורנין ועבדו
שירותא שבעא יומין בחדווא : ארום חזקיהו מליך שיבטא
דבית יהודה אפריש לקהלא אלפא תורין ושבעת אלפין עאן
ורברביא אפרישו לקהלא תורין אלפא ועאן עשרתי אלפין
ואיתקדשו כהניא לסוגעא : וחדיאו כל קהלא דיהודה וכהניא
וליואי וכלהון קהלא דאתו מדבית ישראל וגיוריא דאתין
מארעא

& domus Menaſshæ Zebulunem uſque: at irridebant
& ſubſannabant eos. 11. Attamen *quidam* viri de tribu
Asheris & de tribu Menaſshæ & de tribu Zebulunis
acquieverunt & venerunt Hieroſolymam. 12. Etiam in
domum Jehudæ fuit benevolentia à conſpectu Domini,
ut daret eis cor unum ad faciendum præceptum Regis
& Principum juxta verba Domini. 13. Congregatique
ſunt Hieroſolymam populus multus ad celebrandum
feſtum azymorum menſe ſecundô, cœtus quam maxi-
mus. 14. Et ſurgentes amoverunt altaria quæ erant
Hieroſolymæ, & omnes domos, in quibus adolebantur
ſuffitus Idolis, ſuſtulerunt & projecerunt in torrentem
Kidronis. 15. Immolaverunt autem Paſcha quarta deci-
ma menſis ſecundi & Sacerdotes ſeſe humiliatos ſancti-
ficârunt & intulerunt holocauſta in domum Sanctuarii
Domini. 16. Steteruntque in locô ſuô prout convenie-
bat eis juxta legem Moshe Prophetæ Domini: Sacer-
dotes *verò* ſpargebant ſanguinem ex manibus Levita-
rum ſuſceptum. 17. Magna enim pars cœtus ſeſe non
ſanctificaverat: idcirco Levitæ ſuffecti ſunt mactandis
agnis Paſchalibus in locum cujuſcunque cui integrum
non erat ſeſe ſanctificare coram Domino. 18. Magna
quippe pars populi ex domô Ephraimi quoque & ex
domo Menaſshæ & ex domo Iſſacaris & ex domo
Zebulunis mundata non erat; comederant enim Pa-
ſcha prius ſecus quam ſcriptum eſt, ideoque denuo
fecerunt Paſcha ſecundum juxta quod ſcriptum eſt;

 nam

[illegible] והוו מגחכין עליהון ומתעלבין בהון:
להור גוברין משיבטא דאשר ומשיבטא דמנשה ומשיבטא
דזבולון איתכנעו ואתו לירושלם: אוף בדבית יהודה הות
רעוא מן קדם יי למתן להון ליבא חד למעבד תפקידתא
דמלכא ורבנייא הי כפתגמיא דיי: ואיתכנישו לירושלם עם
סגיא למעבד ית חגא דפטיריא בירחא תניינא קהלא סגיא
לחדא: וקמו ועטרו ית אגוריא דבירושלם וית כל בתי אסקות
בוסמין לטעוותא עטרו וטלקו לנחלא דקדרון: ונכיסו ית
פסחא בארבסר לירחא תניינא וכהניא אתכנעו ואיתקדשו
ואיתיאו עלוון בבית מקדשא דיי: וקמו על מנהון כד חזי להון
הי באוריתא דמשה נביא דיי כהניא זרקין ית אדמא מן
ידיהון לואי: ארום סוגי קהלא לא איתקדשו ולואי הוו מכנן
על ניכסת אמריא דפיסחא לכל גבר דלא אידכי לאיתקדשא
קדם יי: ארום סוגי עמא ומדבית אפרים ומדבית מנשה
ומדבית יששכר ומדבית זבלון לא אידכיא ארום אכלו ית פסחא
קדמאה בדלא כתיב ותבו למעבד פיסחא תניינא כדכתיב

ארום:

itaque decretum Præconem tranſmittere per omnem
Iſraëlem à Dane uſque ad Beerſhebam & uſque Apa-
meam ut venirent & facerent Paſcha coram Domino
Deo Iſraëlis in Hieroſolymâ: maxima enim pars cœtus
non fecerant Paſcha in Niſane. 6. Profectique ſunt Cur-
ſores cum Epiſtolis à manu Regis & Principum ejus per
totam domum Iſraëlis & Jehudæ juſſuque Regis prædi-
cabant: filii Iſraëlis revertimini ad timorem Domini Dei
Abrahami Iſaaci & Iſraëlis & revertetur ad reſiduum,
quod relictum eſt vobis è manibus Regum Aſſyriæ. 7.
Nolite autem fieri ſicut Patres veſtri & ſicut fratres
veſtri, qui prævaricati ſunt in Verbum Domini Dei Pa-
trum ſuorum: quocirca tradidit eos hoſtibus eorum,
qui redegerunt eos ad deſolationem ut ipſi cernitis. 8.
Nolite nunc indurare cervicem veſtram ſicut Patres
veſtri, porrigite manum & revertimini ad timorem
Domini & venite ad domum Sanctuarii ejus, quod ſan-
ctificavit in ſeculum & ſervite coram Domino, & aver-
tetur à vobis furor iræ ejus. 9. Cum enim vos reverſi
fueritis ad timorem Domini fratribus veſtris & filiis
veſtris dabit miſerationes coram *illis* qui captivos
duxerant illos, & revertetur in verbô ſuo ut redu-
cat eos in terram hanc: gratioſus enim & clemens
eſt Dominus Deus veſter nec aſcendere faciet ma-
jeſtatem ſuam ex mediô veſtri, ſi reverſi fueritis
ad timorem ejus. 10. Curſores igitur tranſibant de
civitate in civitatem per terram domus Ephraimi

 &

ופתגמא לאעברא כרוזא בכל ישראל מבן ועד באר שבע
ועד פמיאס למיתי למעבד פסחא קדם יי אלהא דישראל
בירושלם מטול דלא סגיאות קהלא עבדו פסחא בניסן
בזמניה היכמא דכתיב׃ ואזלו רהטוניא בפיטקייתא מן ידא
דמלכא ורברבנוי בכל בית ישראל ויהודה ובתפקדתא דמלכא
למימר בני ישראל תובו לדחלתא דיי אלהא דאברהם יצחק
וישראל ויתוב לשיזבתא דאשתיירת לכון מן ידיהון דמלכיא
דאתור׃ ולא תהון הי כאבהתכון והי כאחוכון דישקרו במימרא
דיי אלהא דאבהתהון ומסרתון לשנאיהון ויהבונון לציח היכמה
דאתון חמאין׃ כדון לא תקשון קדלכון כאבהתכון אושיטו
ידא ותובו לדחלתא דיי ואיתו לבית מקדשיה דיאקדיש לעלם
ופלחו קדם יי ויתוב מנכון תקוף רוגזיה׃ ארום כד תתובון
לדחלתא דיי אחוכון ובניכון יהב לרחמין קדם דישבו יתהון
ויתיב במימריה לאתבותהון לארעא הדא ארום חננא ורחמנא
יי אלהכון לא יסלק שכינתיה מביניכון אין תתובון עד דחלתיה׃
והוו רהטוניא עברין מן קרי לקרי בארעא דבית אפרים
ודבית

exuere *pellibus* holocauſta, adjuverunt ergo eos fratres eorum Levitæ uſque dum perfeciſſent opus illud & uſque dum ſanctificati eſſent Sacerdotes; Levitæ enim expeditiores erant ad ſeſe ſanctificandum, quam Sacerdotes. 35. Holocauſta præterea erant plurima cum adipibus ſacrificiorum & libaminibus ad holocauſta: ita conſtitutus eſt cultus domûs Sanctuarii Domini. 36. Lætatuſque eſt Jechizkia totuſque populus, quod *ſic* præparaſſet Dominus affectum animi populi, derepente quippe facta eſt res.

CAP. XXX.

MIſit quoque Jechizkia ad omnem Iſraëlem & Jehudam quin & epiſtolas ſcripſit ad domum Ephraimi & Menaſshæ ut venirent ad domum Domini in Hieroſolyma ad faciendum Paſcha coram Domino Deo Iſraëlis. 2. Iniit ergo conſilium Rex & Principes ejus & omnes Iſraëlitæ univerſus ſcilicet cœtus Hieroſolymæ, de intercalando Menſe Niſane & faciendo Paſchate in menſe Ijare, qui menſis eſt ſecundus. 3. Non enim potuerunt facere Paſcha in Niſane quia Sacerdotes ſanctificati non erant ad emundandum, ut ſufficerent ad opus oblationum & populus nondum potuerant congregare ſe Hieroſolymam. 4. Placuitque res Regi & omni multitudini. 5. Statuerunt

למשלח ית עלותא וסייעונון אחיהון ליואי עד זמן דשיציאו
עבידתא ועד זמן דאיתקדשו כהניא ארום ליואי תריצו
לאיתקדשא יתיר מכהניא: ואוף עלוותא לסוגעי בתרבי נכסת
קודשיא ובנסכין לעלתא ואיתקנת פולחן בית מקדשא דיי:
וחדא יחזקיה וכל עמא מן בגלל דאתקן יי לעמא יתרא
דלבהון ארום בתכף הוה פתגמא:

ל.

ושדר יחזקיה על כל ישראל ויהודה ואוף פטקין כתב על
דבית אפרים ומנשה למיתי לבית מקדשא דיי בירושלם
למעבד פסחא קדם יי אלהא דישראל: ואיתמליך מלכא
ורברבנוי וכלהון ישראל וכל קהלא בירושלם לעבריה ירחא
דניסן ולמעבד פסחא בירחא דאייר הוא ירחא תניינא: ארום
לא יכילו למעבד פסחא בניסן מטול דכהניא לא אתקדשו
לאדכאה כמיסת עבירת קורבניא ועמא לא ספיקו לאיתכנשא
לירושלם: וכשר פתגמא קדם מלכא וקדם כל קהלא: וקיימו

פתגמא

25. Conſtituit quoque Levitas in domo Sanctuarii Domini cum cymbalis & pſalteriis & citharis juxta præceptum Davidis & Gadis Prophetæ Regis, & Nathanis Prophetæ: ſiquidem juxta Verbum Domini præceptum *hoc* fuit per manum Prophetarum ejus. 26. Steterunt itaque Levitæ cum inſtrumentis muſicis Davidis & Sacerdotes cum tubis. 27. Et juſſit Chizkia Rex offerri holocauſtum ſuper altare; quumque cœpit offerri holocauſtum, cœpit laus Domini cum tubis, adhibitis una inſtrumentis muſicis Davidis Regis Iſraëlis. 28. Totus autem cœtus laudes canebat, & qui modulabatur canticum cantabat, tubisque clangebant omnes ſimul, donec finitum eſſet holocauſtum. 29. Quumque finita eſſet holocauſti oblatio, incurvârunt ſe Rex & omnes qui aderant illic & adoraverunt. 30. Præcipitque Jechizkia Rex & Principes Levitis ut cantarent coram Domino juxta verbum Davidis & Aſaphi Prophetæ; cantabant itaque adeò ut lætarentur lætitiâ & incurvantes ſe adorârunt. 31. Reſpondit Jechizkia & dixit, Nunc obtuliſtis oblationem veſtram coram Dominô; accedite & adducite victimas & euchariſtica in domum Sanctuarii Domini, & quicunque libenti fecerit animô adducat holocauſta. 32. Fuit autem ſumma numeri holocauſtorum quos adduxerunt cœtus, tauri ſeptuaginta arietes centum, agni ducenti, in holocauſtum coram Domino erant omnia hæc. 33. Sacrificiorum verò tauri ſexcenti & oves ter mille. 34. Attamen Sacerdotes erant pauciores quam ut poſſent

exuere

ואקים ית ליואי בבית מקדשא דיי בצלצלין ובנבלין ובכנרין
הי כתפקידתא דדוד וגד נביא דמלכא ונתן נביא ארום על
מימרא דיי תפקידתא ביד נביאוהי: וקמו ליואי בזיני תושבחתא
דדוד וכהניא בחצוצרתא: ואמר חזקיה מלכא לאסקא עלתא
על מדבחא וכד שריאת עלתא שרי תושבחתא דיי בחצוצרתא
ועל ידי זיני זמר דדוד מלכא דישראל: וכל קהלא משבחין
ודאמר שירה משבח וחצוצרתא מחצרין כלהון כחדא עד
דשיציאת עלתא: וכד שיציאת עלתא לאסקא כרעו מלכא
וכל דמשבחין תמן וסגידו: ואמר יחזקיה מלכא ורברבניא
לליואי לשבחא קדם יי הי כפתגמא דדוד ואסף סכואה ושבחו
עד דחדו חדוא רבתא וכרעו וסגידו: ואתיב יחזקיה ואמר
כדון קריבתון קרבנכון קדם יי קריבו ואיתו נכסין והודאתא
לבית מקדשא דיי וכל דיתרעי לביה ייתי עלוון: והוה סכום
מניין עלוותא דאייתיאו קהלא תורין שבעין דכרין מאה אמרין
מאתן לעלתא קדם יי כל אילין: ונכסת קודשיא תורין שית
מאה ועאנא תלת אלפין: להוד כהניא הוו קלילין ולא יכילו
למשלח

tempore dierum octo: die denique decimô ſexto menſis Niſanis *opus* perfecerunt. 18. Ingreſſi itaque intro ad Chizkiam Regem dixerunt: mundavimus totam domum Sanctuarii Domini & altare holocauſti omniaque vaſa ejus, nec non menſam diſpoſitionis *panum* cum omnibus vaſis ſuis. 19. Cunctaque vaſa quæ polluerat Rex Achaz & abominanda reddiderat per idola alienigenarum cum regnaret in prævaricatione ſuâ in Verbum Domini, compoſuimus & abſcondimus, aliaque paravimus eorum loco: ecce autem ſunt coram altari Domini. 20. Surgens itaque diluculo Jechizkia Rex congregavit Principes civitatis & aſcendit in domum Sanctuarii Domini. 21. Adduxeruntque tauros ſeptem & arietes ſeptem & agnos ſeptem & hædos ſeptem pro peccato ad expiationem faciendam pro regno & pro Sanctuariô & pro populo Jehudæ: dixitque filiis Aharonis Sacerdotibus ut offerrent ſuper altari Domini. 22. Mactaverunt igitur tauros & excipientes Sacerdotes ſanguinem ſparſerunt ſuper altare, mactaverunt etiam arietes & ſparſerunt ſanguinem ſuper altare, mactaverunt denique agnos & ſparſerunt ſanguinem ſuper altare. 23. Applicueruntque hædos peccati coram Rege & cœtu, impoſueruntque manus ſuas ſuper eos. 24. Immolaveruntque illos Sacerdotes & emundârunt ſanguine eorum altare ad expiationem faciendam pro totô Iſraële; pro omni quippe Iſraële præceperat Rex ut holocauſtum fieret & ſacrificium pro peccato.

 25. Con-

לְזַמַּן יוֹמִין תְּמַנְיָא וּבְיוֹם שִׁיתְּסְרֵי לְיַרְחָא דְנִיסָן שֵׁיצִיאוּ : וַאֲתוֹ
לְגָיו לְוַת חִזְקִיָהוּ מַלְכָּא וַאֲמָרוּ דַכֵּינָא יַת כָּל בֵּית מַקְדְּשָׁא דַייָ
וְיַת מַדְבְּחָא לַעֲלָתָא וְיַת כָּל מָנוֹי וְיַת פָּתוּרָא דְסִדּוּרָא וְיַת כָּל-
מָנוֹי : וְיַת כָּל מָנַיָא דְסָאִיב מַלְכָּא אָחָז וְשַׁקִּיצִינוּן קֳדָם טַעֲוַת
נֻוכְרָאִין כַּד מְלַךְ בְּשַׁקְרוּתֵיהּ בְּמֵימְרָא דַייָ תַּקִּינְנָא יַתְהוֹן וּטְמַרְנָא
יַתְהוֹן וְזַמִּינְנָא חוֹרָנִין חִלּוּפֵיהוֹן וְהָא אִינּוּן קֳדָם מַדְבְּחָא דַייָ:
וְאַקְדֵּם וְחִזְקִיָהוּ מַלְכָּא וּכְנַשׁ יַת רַבְנֵי קַרְתָּא וּסְלִיק לְבֵית
מַקְדְּשָׁא דַייָ : וְאַיְיתִיאוּ תּוֹרִין שַׁבְעָה וְדִיכְרִין שַׁבְעָא וְאִמְּרִין
שַׁבְעָא וּצְפִירֵי בְנֵי עִזִּין שַׁבְעָא לְחַטָּאתָא לְכַפָּרָא עַל מַלְכוּתָא
וְעַל מוּקְדְּשָׁא וְעַל אֱנַשׁ יְהוּדָה וַאֲמַר לִבְנֵי אַהֲרֹן כַּהֲנַיָא
לְאַסָּקָא עַל מַדְבְּחָא דַייָ: וּנְכִיסוּ תּוֹרַיָא וְקַבִּילוּ כַּהֲנַיָא יַת
אַדְמָה וּדְרִיקוּ לְמַדְבְּחָא וּנְכִיסוּ דִיכְרַיָא וּדְרִיקוּ אַדְמָה לְמַדְבְּחָא
וּנְכִיסוּ אִמְּרַיָא וּדְרִיקוּ אַדְמָא לְמַדְבְּחָא : וְקָרִיבוּ יַת צְפִירֵי
חַטָּאתָא קֳדָם מַלְכָּא וּקְהָלָא וּסְמָכוּ יְדֵיהוֹן עֲלֵיהוֹן : וּנְכִיסְנוּן
כַּהֲנַיָא וְדַבִּיאוּ מִן אַדְמְהוֹן מַדְבְּחָא לְכַפָּרָא עַל כָּל יִשְׂרָאֵל אֲרוּם
עַל כָּל יִשְׂרָאֵל אֲמַר מַלְכָּא לְאִתְעוֹבָדָא עֲלָתָא וְחַטָּאתָא :
וְאָקֵים

& Hieroſolymæ: adeò ut tradiderit eos in commotionem & in deſolationem & in ſtuporem, ſicut ipſi cernitis oculis veſtris. 9. En autem corruerunt Patres noſtri occiſi gladio, filii verò noſtri & filiæ & conjuges noſtræ in captivitate *degunt* propter hoc. 10. Nunc mihi in animô *eſt* inire fœdus coram Domino Deo Iſraëlis, ut avertatur à nobis furor iræ ejus. 11. Filii mei ne nunc ſegnes eſtote, vos enim elegit Dominus ut ſtetis coram eô ad miniſtrandum ei, ſitiſque ei miniſtrantes & adolentes ſuffitum aromatum. 12. Surrexerunt ergo Levitæ Machath filius Amaſai & Joel filius Azariæ de filiis Kohathi; de filiis verò Merari Kish filius Abdi, & Azaria filius Jehallelel: de filiis autem Gershonis, Joach filius Zimmæ & Eden filius Joachi. 13. Et è filiis Elitſaphanis Shimri & Jeïel; de filiis quoque Aſaphi Zecaria & Mattania. 14. Nec non de filiis Hemanis Jechiel & Shimei: de filiis vero Jeduthunis Shemaia & Uzziel. 15. Congregaveruntque fratres ſuos & ſanctificati ſunt, veneruntque ad mandatum Regis cum Verbis Domini ad mundandam domum Domini. 16. Ingreſſique Sacerdotes in interiora domûs Sanctuarii Domini extulerunt omnem immunditiem quam repererunt in templô Domini, in atrium domus Sanctuarii Domini, quam excipiebant Levitæ ut efferrent ad torrentem Kidronis foras. 17. Coeperunt autem primâ die menſis primi Niſanis ſanctificare, & die octavâ menſis venerunt ad porticum Domini & ſanctificârunt domum Sanctuarii Domini

וירושלם ויהבינון לזיע ולצדו ולאישתעממו היכמה דיאתון חמן
בעיניכון : והא נפלו אבהתנא קטילין בחרבא ובננא ובנתנא
ונשנא בשביתא מן בגלל דא : כדון עם לבבי למגזר קיים
קדם יי אלהא דישראל ויתוב מננא תקוף רוגזיה : בני כדון
לא תתרשלון ארום בכון איתרעי יי למקם קדמוי לשמשותיה
ולמהוי קדמוי משמשין ומסקין קטרת בוסמין : וקמו ליואי מחת
בר עמשי ויואל בר עזריה מן בני קהת ומבני מררי קיש בר
עבדי ועזריה בר יהללאל ומן בני גרשון יואח בר זמה ועדן
בר יואח : ומן בני אליצפן שמרי ויעיאל ומן בני אסף זכריהו
ומתניהו : ומן בני הימן יחיאל ושמעי ומן בני ידותון שמעיה
ועזיאל : וכנשו ית אחוהון ואיתקדשו ואתו בתפקידתא דמלכא
בפתגמיא דיי לדכאה בית מקדשא דיי : ואתו כהניא מן לגיו
לבית מקדשא דיי ואפיקו כל סואבותא דאשכחו בהיכלא דיי
לדרת בית מקדשא דיי וקבילו ליואי לאפקא לנחלא דקדרון
לברא : ושריאו בחדא לירחא קדמאה בניסן לקדשא וביומא
תנינא לירחא אתו לאולמא דיי וקדישו בית מקדשא דיי
לזמן

ſunt in librô Regum domûs Jehudæ & Iſraëlis. 27. Decubuitque Achaz cum Patribus ſuis & ſepelierunt eum in civitate Hieroſolymæ neque enim intulerunt eum in ſepulchra Regum domûs Iſraëlis; & regnavit Chizkia filius ejus pro eô.

CAP. XXIX.

JEchizkia regnum iniit natus viginti & quinque annos & viginti novem annis regnavit Hieroſolymæ; nomen autem matris ejus Abia filia Zecariæ. 2. Fecitque quod rectum erat coram Dominô juxta omnia quæ fecerat David Pater ejus. 3. Ipſe annô primô quô regnavit aperuit fores Sanctuarii Domini & inſtauravit eas. 4. Adduxitque Sacerdotes atque Levitas & congregavit eos in plateam Orientalem. 5. Dixitque eis; Audite me Levitæ: nunc eſtote parati, & ſanctificamini, ſanctificate quoque domum Sanctuarii Domini Dei Patrum veſtrorum, & efferte *quod* profanum *eſt* è ſancto. 6. Prævaricati ſunt enim Patres noſtri & fecerunt quod malum *eſt* coram Domino Deo noſtro & dereliquerunt eum & avertentes facies ſuas à tabernaculo Domini, obverterunt ei cervicem. 7. Occluſerunt quoque fores porticûs & extinxerunt lucernas, & ſuffitum aromatum non adoleverunt, nec holocauſta obtulerunt in Sanctuario Deo Iſraëlis. 8. Fuit itaque ira Domini in homines Jehudæ

עַל סְפַר מַלְכַיָּא דְבֵית יְהוּדָה וְיִשְׂרָאֵל׃ וּשְׁכִיב אָחָז עִם אֲבָהָתוֹי
וּקְבָרוּהִי בְּקַרְתָּא דִירוּשְׁלֵם אֲרוּם לָא אַיְתוּהִי לְקִבְרֵי מַלְכַיָּא
דְבֵית יִשְׂרָאֵל וּמְלַךְ חִזְקִיָּה בְּרֵיהּ תְּחוֹתוֹי׃

כט.

חִזְקִיָּהוּ מְלַךְ בַּר עֶשְׂרִין וְחַמֵשׁ שְׁנִין וְעֶשְׂרִין וּתְשַׁע שְׁנִין מְלַךְ
בִּירוּשְׁלֵם וְשׁוּם אִמֵּיהּ אֲבִיָּה בְּרַת זְכַרְיָה׃ וַעֲבַד דְּכַשַּׁר קֳדָם
יְיָ הֵיכְּכָל מָה דִיעֲבַד דָוִד אֲבוֹי׃ הוּא בְּשַׁתָּא קַדְמֵיתָא כַּד
מְלַךְ פְּתַח יַת דָשֵׁי בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ וְתַקֵּיפִנּוּן׃ וְאַיְתֵי יַת כַּהֲנַיָּא
וְיַת לֵוָאֵי וּכְנָשִׁינּוּן לִפְתָאוּרַת מַדִינְחָא׃ וַאֲמַר לְהוֹן קַבִּילוּ מִנִּי
לֵוָאֵי כְּדוֹן הֲווֹ זְמִינִין וְאִתְקַדְּשׁוּן וְקַדִּישׁוּ יַת בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ
אֱלָהָא דַאֲבָהַתְכוֹן וְאַפִּיקוּ יַת רִיחוּקָא מִן קוּדְשָׁא׃ אֲרוּם שְׁקַרוּ
אֲבָהָתָנָא וַעֲבָדוּ דְבִישׁ קֳדָם יְיָ אֱלָהָנָא וְשַׁבְקוּהִי וְאַחֲזָרוּ אַפֵּיהוֹן
מִמַּשְׁכְּנָא דַיְיָ וְהַפָּכוּ לֵיהּ קְדָל׃ אוּף אַחֲרוּ דָשֵׁי אוּלָמָא וְאַטִּיפוּ
יַת בּוֹצִנַיָּא וּקְטֹרֶת בּוּסְמִין לָא אַסִּיקוּ וַעֲלָתָא לָא אַסִּיקוּ
בְּקוּדְשָׁא לֶאֱלָהָא דְיִשְׂרָאֵל׃ וַהֲוָה רוּגְזָא דַיְיָ עַל אֱנָשׁ יְהוּדָה
וִירוּשְׁלֵם

Jehudæ, & expugnarunt Bethshemeshum & Ajalonem & Gederas & Socuntum cum viculis ſuis & Timnam cum viculis ſuis & Gimzuntem cum viculis ſuis, habitaveruntque ibi. 19. Humiliaverat enim Dominus Jehudam propter Achazum Regem Iſraëlis, quia ceſſaverat domus Jehuda à cultu Domini & prævaricati erant prævaricationem in Verbum Domini. 20. Venit itaque ad eum Tiglath Pilneeſer Rex Aſſyriæ, qui cum veniſſet oppreſſit eum; ſed minimè prævaluit. 21. Quippe depeculatus eſt Achaz Sanctuarium Domini & domum Regis & Magnatum, deditque Regi Aſſyriæ: non effecit tamen ut auxiliaretur ei. 22. Inſuper tempore anguſtiæ ejus perrexit prævaricari in Verbum Domini, ipſe Rex Achaz. 23. Immolavit namque Idolis Darmaſci, quæ clade affecerant exercitus ejus: dixit quippe quia idola Syriæ auxiliantur eis, ipſis immolabo, ut mihi auxilio ſint, ipſa autem fuerunt ei ruinæ & omnibus filiis Iſraëlis. 24. Congeſſit quoque Achaz omnia vaſa domus Sanctuarii Domini clauſitque fores domûs Sanctuarii; & fecit ſibi altaria in unoquoque angulo Hieroſolymæ. 25. In ſingulis quoque urbibus tribûs Jehudæ fecit aras ad adolendum aromata idolis populorum alienorum, atque irritantia patravit coram Domino Deo Patrum ſuorum. 26. Reliquæ autem res ejus & omnes viæ ejus priores & noviſſimæ en deſcriptæ

ſunt

יהודה וכבשו ית־בית־שמש וית אילון וית גדרות וית שוכו.
ופרוילהא וית תמנה ופרוילהא וית גמזו וית פרוילהא ויתיבו
תמן : ארום אמאיך יי ית יהודה מן בגלל אחז מלכא דישראל
ארום איתבטילו דבית יהודה מפולחנא דיי ושקרו שקר
במימרא דיי : ואתא עלוי תגלת פלנאסר מלכא דאתור ואתא
ואעיק עלוי ולא תקפיה : מטול דפליג אחז ית בית מקדשא
דיי וית בית מלכא ורברביא ויהב למלכא דאתור ולא לכסעד
ליה : ובעדן דעקא ליה ואוסיף לשקרא במימרא דיי הוא
מלכא אחז : ודבח לטעות דרמשק דקטילו בחילוותיה ואמר
ארום טעות ארם אינון מסעדין יתהון להון אדבח ויסעדונ י
ואינון הוו ליה לתקלותיה ולכל בני ישראל : וכנש אחז ית־כל
מאני בית מקדשא דיי וקטע ית מאני בית מקדשא דיי ואחד
ית דשי בית מקדשא דיי ועבד ליה אגורין בכל זוית בירושלם :
ובכל קרי וקרי לשיבטא דיהודה עבד במוסין לאסקא בוסמין
לטעות עממין נוכראין וארגיז קדם יי אלהא דאבהתהון :
ושאר פתגמוי וכל ארחתיה קדמאי ובתראי הא אינון כתיבין
על

ſubjicere in ſervos & in ancillas vobis: nonne etiam vos vobiſcum prælium *facitis* reatum, quô obſtricti eſtis, ad bellum coram Domino Deo veſtrô. 11. Nunc itaque auſcultate mihi & reſtitute captivos, quos cepiſtis de fratribus veſtris, quia vehemens furor Domini imminet vobis. 12. Steterunt igitur viri de Primoribus filiorum Ephraimi, Azaria filius Jehochanani, Berecia filius Meshillemothi & Chizkia filius Shallumi & Amaſa filius Chadlai contra eos qui veniebant ex præliô. 13. Et dixerunt eis; Non introducatis captivos huc; obnoxios enim nos reddere coram Domino vos ſtatuitis inferendo in nos iram, ut adjiciatis ad delicta noſtra & peccata noſtra; grande quippe eſt peccatum noſtrum in vos & vehemens ira in Iſraëlem. 14. Dereliquerunt itaque milites captivos & prædam coram Principibus & totô cœtu. 15. Surgenteſque viri, nominibus jam memorati & prehenſis captivis, omnes nudos inter eos veſtierunt de ſpoliis; cumque veſtiviſſent eos & calceaſſent & cibo potuque refeciſſent, laviſſentque impoſuerunt aſinis quemque labefactatum, adduxeruntque Hierichuntem *in* civitatem palmarum coram fratribus eorum dein reverſi ſunt Shomronem. 16. Tempore illo miſit Rex Achaz ad Regem Aſſyriæ, *petens* ut opem ferret ei. 17. Adhuc enim Edomæi percuſſerunt ex Jehudâ *aliquot* & captivos ceperunt. 18. Peliſthæi quoque diffuderunt ſe per urbes campeſtres & auſtrales tribus

אָמְרִין לְמִכְבַּשׁ לְעַבְדִין וּלְאַמְהָן לְכוֹן הֲלָא לְחוֹד אַתּוּן עִמְּכוֹן
קְרָבָא אֲשָׁמִין אִתְחַיַּבְתּוּן לְקָרְבָא קֳדָם יְיָ אֱלָהֲכוֹן: וּכְדוֹן קַבִּילוּ
מִנִּי וְאָתִיבוּ שִׁבְיָתָא דִּי שְׁבֵיתוּן מֵאֲחוּכוֹן אֲרוּם תְּקוֹף רוּגְזָא
דַּיְיָ עֲלֵיכוֹן: וְקָמוּ גּוּבְרִין מֵרֵישֵׁי בְּנֵי אֶפְרַיִם עֲזַרְיָהוּ בַּר יְהוֹחָנָן
בֶּרֶכְיָהוּ בַּר מְשִׁלֵּמוֹת וִיחִזְקִיָּהוּ בַּר שַׁלֻּם וַעֲמָשָׂא בַּר חַדְלַי עַל
דְּאַתְיָין מִן חֵילָא: וַאֲמָרוּ לְהוֹן לָא תַיְיתוּן יַת שִׁבְיָתָא הָכָא
אֲרוּם לְחַיָּבָא קֳדָם יְיָ יָתָנָא לְאַיְתָאָה רְגוּז עֲלָנָא אַתּוּן אָמְרִין
לְאוֹסָפָא עַל סוּרְחָנָנָא וְעַל חוֹבָתָנָא אֲרוּם סְגִיעַת חוֹבָתָנָא לָנָא
וּתְקוֹף רוּגְזָא עַל יִשְׂרָאֵל: וּשְׁבָקוּ מְזָרְזֵי חֵילָא יַת שִׁבְיָתָא וְיַת
בִּיזָּתָא קֳדָם רַבְנַיָּא וְכָל־קְהָלָא: וְקָמוּ גַּבְרַיָּא דְּאִתְפְּרָשׁוּ בִּשְׁמָהָן
וְאִתְקִיפוּ בְּשִׁבְיָתָא וְכָל עַרְטִלֵיהוֹן אַלְבִּישׁוּ מִן עֲדָאָה
וְאַלְבִּישׁנוּן וְאַנְעִילְנוּן וְאוֹכִילְנוּן וְאַשְׁקִיאוּנוּן וְאַסְחִיאוּנוּן וּדְבַרְנוּן
בַּחֲמָרִין לְכָל דְּאִתְקַל וְאַיְתִיאוּנוּן לִירִיחוֹ קַרְתָּא דְּדִיקְלַיָּא קֳבֵל
אֲחוּהוֹן וְתָבוּ לְשֹׁמְרוֹן: בְּעִדָּנָא הַהִיא שְׁדַר מַלְכָּא אָחָז לְמַלְכָּא
דְּאַתּוּר לְמִסְעַד לֵיהּ: וְתוּב אֱדוֹמָאֵי אֲתוֹ וּקְטָלוּ מִן־יְהוּדָה וּשְׁבוֹ
שִׁבְיָתָא: וּפְלִישְׁתָּאֵי אִתְנְגִידוּ בְּקִרְוֵי שְׁפֵילְתָא וְדָרוֹמָא דְּלְשִׁבְטָא
יְהוּדָה

illis autem combuſtis igne Jehoshua filius Jehotſadaki evaſit propter juſtitiam ſuam). Siquidem Achas impie egit juxta abominationes populorum, quos expulit Dominus à conſpectu filiorum Iſraëlis. 4. Immolavit enim & adolevit aromata in excelſis & in collibus & ſub omni arbore frondoſâ. 5. Tradiditque eum Dominus Deus in manum Regis Syrorum, qui percuſſerunt exercitum ejus & ceperunt ex eô captivos plurimos, quos adduxerunt Darmaſcum; atque etiam in manum Regis Iſraëlis traditus eſt, qui exercitui ejus intulit cladem maximam. 6. Occidit etiam Pekach filius Remaliæ ex Jehudæis centum & viginti millia die unô, omnes viros bellatores: eò quod reliquiſſent timorem Domini Dei Patrum eorum. 7. Occidit quoque Zicri potens de domô Ephraim: Maaſeiam filium Regis & Azrikamum Principem qui præfectus eſt palatio & Elkanam ſecundum à Rege. 8. Cœperuntque filii Iſraëlis de fratribus ſuis ducenta millia mulierum, puerorum & puellarum, prædam inſuper ingentem diripuerunt ab eis, pertuleruntque prædam Shomronem. 9. Ibi autem erat Propheta Domini, cui nomen Obed, qui egreſſus obviam exercitui venienti Shomronem, dixit eis: Ecce propter iram Domini Dei Patrum veſtrorum contra homines Jehudæ tradidit eos in manus veſtras, & occidiſtis eos furore ad exitus cœlorum pertingente. 10. Nunc verò filios Jehudæ & Hieroſolymæ ſtatuiſtis

 ſubji-

שיקרא והנון אתוקדו בנורא ויהושע בר יהוצדק אישתיזב מטול
זכוותיה ברם אחז ארשע למעבד הי כתועבת עממין דתריך
יי מן קדם בני ישראל : ודבח ואסיק בוסמין בבמסיה ועל
גלימתא ותחות כל אילן עבוף : ומסריה יי אלהא בידא דמלכא
דארם וקטלו במשירייתיה ושבו מניה שביתא רבתא ואייתיאו
לדרמשק ולחוד ביד מלכא דישראל איתמסר וקטל במשירייתיה
קטלא רבתא : וקטל פקח בר רמליהו באינש יהודה מאה
ועשרין אלפין ביומא חד כלהון בני חילא מן בגלל דשבקו
ית דחלתא דיי אלהא דאבהתהון : וקטל זכרי גברא דבית
אפרים ית מעשיהו בר מלכא וית עזריקם ארכון די מכנא
על פלטירין וית אלקנה ארקבטא דמלכא : ושבו בני ישראל
מאחוהון מאתן אלפין נשין בנין ובנן ואוף עדי סגיא בזו מנהון
ואייתיאו ית עדאה לשמרון : ותמן הוה נביא דיי עודד שמיה
ונפק קדם חילא דאתא לשומרון ואמר להון הא ברוגזא דיי
אלהא לאבהתכון על אינש יהודה מסרינון בידיכון וקטלתון בהון
ברוגזא עד צית שמיא מטא : וכדון בני יהודה וירושלם אתון
אמרין

fecit quod rectum fuit coram Dominô, ſicut David Pater ejus. 2. Sed ambulavit in viis Regum domûs Iſraëlis, inſuper & fuſilia fecit Baalibus. 3. Ipſe etiam obtulit ſuffitum in valle filii Hinnomi,* & combuſſit filios ſuos igne (ſed eripuit Verbum Domini ex illis Chizkiam quod manifeſtum eſſet coram Domino ex eô orituros eſſe tres juſtos Chananiam, Mishaelem & Azariam, qui tradituri eſſent corpora ſua ut conjicerentur in medium fornacis ignis ardentis propter nomen magnum & glorioſum & evaſura ex incendio. Primum evaſit Abraham ex incendiô fornacis ignis Chaldæorum in quem conjecerat eum Nimrod, quod non coleret idola illius. Secundò autem evaſit Tamar ex incendiô ignis domûs judicii Jehudæ, cum dixiſſet ille: Producite eam ut comburatur. Tertiò evaſit ex incendiô ignis Chizkia filius Achazi, quô tempore injecerat eum Pater ejus in valle filii Hinnomi, in altaribus Topheti. Quartò evaſerunt Chanania Mishael & Azaria è fornace ignis ardentis Nebucadnetſaris Regis Babelis. Quintò evaſit Jehoshua filius Jehotſadaki Sacerdos magnus cum conjeciſſet eum Nebucadnetſar impius in fornacem ignis ardentis cum Achaabo filio Koliæ & Tſidkia filio Maaſeiæ Pſeudoprophetis;

 illis

עֲבַד דְּכָשַׁר קֳדָם יְיָ הֵיכְדָוִד אֲבוּי : וַאֲזַל בְּאָרְחָתְחוֹן דְּמַלְכַיָּא
דְּבֵית יִשְׂרָאֵל וְאוּף מַתְכָן עֲבַד לְבַעֲלַיָּא : וְהוּא אַסִּיק קְטֹרְתָּא
בְּחֵילַת בַּר הִנּוֹם וְאַבְעַר יַת בְּנוֹהִי בְּאֶשָּׁתָא וְשֵׁיזִיב מֵימְרָא דַיְיָ
מִנְהוֹן יַת חִזְקִיָּה מִן בְּגְלַל דְּגַלֵּי קֳדָם יְיָ דִּמְנֵיהּ אִיתְמְסִין
דִּיפְּקוּן תְּלָתָא צַדִּיקַיָּא חֲנַנְיָה מִישָׁאֵל וַעֲזַרְיָה דְּאִיתְמְסִין
דִּימְסָרוּן גַּרְמֵיהוֹן דְּיִתְרְמוּן לְגוֹ אַתּוּן נוּרָא יְקִידְתָּא מִן בְּגְלַל
שְׁמָא רַבָּא וְיַקִּירָא וְאִשְׁתְּזִבוּ מִן יְקִירְתָּא בְּקַדְמֵיתָא אִשְׁתֵּיזֵיב
אַבְרָהָם מִן יְקִידַת אַתּוּן נוּרָא דְּכַשְׂדָּאֵי דְּטַלְקֵיהּ תַּמָּן נִמְרוֹד
מִן בְּגְלַל דְּלָא פְלַח לְטַעֲוָותֵיהּ וּבְתִנְיָתָא אִשְׁתֵּיזֵיבַת תָּמָר מִן
יְקִידַת נוּרָא דְּבֵית דִּינֵיהּ דִּיהוּדָה כַּד אֲמַר אַפְּקוּהָא וְתִתּוֹקַד
בִּתְלִיתָאָה אִשְׁתֵּיזֵיב מִן יְקִידַת נוּרָא חִזְקִיָּה בַּר אָחָז בִּזְמַן
דְּטַלְקֵיהּ אֲבוּי בְּחֵילַת בַּר הִנֹּם בִּבְמַסֵּיהּ דְּתוֹפֶת בִּרְבִיעֵתָא
אִשְׁתֵּיזִבוּ חֲנַנְיָה מִישָׁאֵל וַעֲזַרְיָה מִן אַתּוּן נוּרָא יְקִידְתָּא
דִּנְבוּכַד נֶאצַּר מַלְכָּא דְּבָבֶל בַּחֲמִישֵׁיתָא אִשְׁתֵּיזֵיב יְהוֹשֻׁעַ בַּר
יְהוֹצָדָק כַּהֲנָא רַבָּא כַּד טַלְקֵיהּ נְבוּכַד נֶאצַּר רְשִׁיעָא בְּאַתּוּן
נוּרָא יְקִידְתָּא עִם אַחְאָב בַּר קוֹלָיָה וְצִדְקִיָּה בַּר מַעֲשֵׂיָה נְבִיאֵי
שִׁיקְרָא

juxta omnia quæ fecerat Uzzia Pater ejus; exceptô quod non eſt ingreſſus in templum Domini & adhuc populus prave agebant. Ipſe ædificavit portam domûs Sanctuarii Domini ſuperiorem, & in murô palatii interioris conſtruxit multa. 4. Urbes quoque ædificavit in monte domûs Jehudæ & in validiſſimis arcium ædificavit palatia & turres. 5. Ipſe bellum geſſit cum Rege filiorum Ammonis & ſuperavit eos, dederuntque ei filii Ammonis annô illô centum talenta argenti & decies mille coros tritici, ac hordei decies mille: hoc rependerunt ei filii Ammonis, *ut* & anno ſecundo & tertiô. 6. Corroboratuſque eſt Jotham, ſtabilivit enim Dominus Regnum ejus, quod direxiſſet vias ſuas coram Domino Deô ſuô. 7. Reliquæ autem res Jothami & omnes acies belli ejus & viæ ejus, ecce ſunt ſcriptæ in librô Regum domus Iſraëlis & Jehudæ. 8. Natus viginti & quinque annos fuit cum *primum* regnavit & ſedecim annos regnavit Hieroſolymæ. 9. Et decubuit Jotham cum Patribus ſuis & ſepelierunt eum in civitate Davidis & regnavit Achaz filius ejus pro eô.

CAP. XXVIII.

NAtus viginti annos erat Achaz cum regnare cœpit & ſedecim annis regnavit Hieroſolymæ; at non fecit

הֵיכְּכָל מַה דַעֲבַד עֻזִּיָּה אֲבוּי לְחוֹד לָא עַל לְהֵיכְלָא דַיְיָ וְעַד
כְּדוֹן עַמָּא מְקַלְקְלִין׃ הוּא בְּנָא יַת תְּרַע בֵּית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ עִלָּאָה
וּבְשׁוּר פַּלְטֵירִין נַוָּאָה בְּנָא לְסוּגִי׃ וְקִרְוִין בְּנָא בְּטוּרָא דְבֵית
יְהוּדָה וּבְתְקוֹף כְּרַכִּין בְּנָא בִּירָנְיָתָא וּמִגְדְּלַיָּא׃ וְהוּא אֲגִיחַ
קְרָבָא עִם מַלְכָּא דִבְנֵי עַמּוֹן וְאִתְקַף עֲלֵיהוֹן וִיהַבוּ לֵיהּ בְּנֵי
עַמּוֹן בְּשַׁתָּא הַהִיא מְאָה קִינְטֵינָרִין דִּכְסַף וְעַשְׂרָא אַלְפִין
כּוֹרִין דְּחִיטִּין וְשַׂעֲרִין עַשְׂרָא אַלְפִין דָּא אֲתִיבוּ לֵיהּ בְּנֵי עַמּוֹן
וּבְשַׁתָּא תִּנְיֵיתָא וּתְלִיתָאָה׃ וְאִתְקַף יוֹתָם אֲרוּם תַּקִּין יְיָ
מַלְכוּתֵיהּ מִן בְּגַלַל דְּתַקִּין אֳרְחָתֵיהּ קֳדָם יְיָ אֱלָהֵיהּ׃ וּשְׁאַר
פִּתְגָמֵי יוֹתָם וְכָל סִידְרֵי קְרָבֵיהּ וְאָרְחָתֵיהּ הָא אִנּוּן כְּתִיבִין עַל
סֵפֶר מַלְכַיָּא דְבֵית יִשְׂרָאֵל וִיהוּדָה׃ בַּר עֶשְׂרִין וְחָמֵשׁ שְׁנִין הֲוָה
כַּד מְלַךְ וְשִׁיתְּסְרֵי שְׁנִין מְלַךְ בִּירוּשְׁלֵם׃ וּשְׁכִיב יוֹתָם עִם
אֲבָהָתוֹי וּקְבַרוּ יָתֵיהּ בְּקַרְתָּא דְדָוִד וּמְלַךְ אָחָז בְּרֵיהּ תְּחוֹתוֹי׃

כח.

בַּר עֶשְׂרִין שְׁנִין אָחָז כַּד מְלַךְ וְשִׁיתְּסְרֵי שְׁנִין מְלַךְ בִּירוּשְׁלֵם וְלָא
עֲבַד

Sacerdotibus in domô Sanctuarii Domini deſuper altari thymiamatis. 20. Reſpiciens autem eum Azaria Sacerdos qui conſtitutus eſt primarius & omnes Sacerdotes quod ecce leproſus eſſet in fronte ſuâ, coëgerunt eum ad exeundum: quin & ipſe acceleravit egredi, quod intuliſſet ei Verbum Domini plagam. 21. Fuit igitur Rex Uzzia leproſus uſque ad diem mortis ſuæ, & habitavit in domo lepræ *deſtinata* extra Hieroſolymam tanquam leproſus, ſeparatus eſt enim à domeſticis ſuis propter illud quod ſtatutum eſt in eum in domô Sanctuarii Domini: porrò Jotham filius ejus præfectus eſt domui Regis, judicans populum terræ. 22. Reliquas autem res Uzziæ priores antequam peccaſſet, & leprâ correptus eſſet, & poſteriores poſtquam leprâ conficeretur ſcripſit Jeshaia filius Amotſi Propheta. 23. Et decubuit Uzzia cum Patribus ſuis & ſepelierunt eum cum Patribus ſuis in agrô ſepulturæ, qui erat Regibus; dixerunt enim leproſus eſt: regnavitque Jotham filius ejus pro eô.

CAP. XXVII.

NAtus viginti & quinque annos erat Jotham cum Regnum iniret & ſedecim annos regnavit Hieroſolymæ: nomen autem matris ejus Jeruſsha filia Tſadoki. 2. Fecitque quod rectum erat coram Domino

כַּהֲנַיָּא בְּבֵית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ מֵעִלָּוֵי מַדְבְּחָא דִקְטָרְתָּא : וְאִתְפְּנֵי
לְוָותֵיהּ עֲזַרְיָה כַּהֲנָא דִּימְמַנָּא לְרֵישָׁא וְכָל כַּהֲנַיָּא וְהָא הוּא
סְגִיר בְּבֵית אַפּוֹהִי וְסַרְהוֹבוּהִי לְמִיפַּק וְאוּף הוּא סַרְהֵיב לְמִיפַּק
אֲרוּם אַיְתֵי עֲלוֹהִי מֵימְרָא דַיְיָ מַכְתָּשָׁא : וַהֲוָא מַלְכָּא עֻזִּיָּהוּ
סְגִיר עַד יוֹם מוֹתֵיהּ וִיתֵב בְּבֵית סְגִירוּתָא בַּר מִירוּשְׁלֵם
כַּד סְגִיר אֲרוּם אִתְפָּרַשׁ מֵאֱנָשׁ בֵּיתֵיהּ עַל מָה דְאִתְגְּזַר עֲלוֹי
בְּבֵית מַקְדְּשָׁא דַיְיָ וְיוֹתָם בְּרֵיהּ מְמַנָּא עַל בֵּית מַלְכָּא דָאִין
יָת עַמָּא דְאַרְעָא : וּשְׁאַר פִּתְגָּמֵי עֻזִּיָּהוּ קַדְמָאֵי עַד לָא סְרַח
וְאִיסְתְּגִיר וּבַתְרָאֵי מִן בָּתַר דְּאִיסְתְּגִיר כְּתַב יְשַׁעְיָהוּ בַּר אָמוֹץ
נְבִיָּא : וּשְׁכֵב עֻזִּיָּהוּ עִם אֲבָהָתוֹי וּקְבָרוּ יָתֵיהּ עִם אֲבָהָתוֹי
בַּחֲקַל קְבוּרְתָּא דִיהֲוַת לְמַלְכַיָּא אֲרוּם אֲמָרוּ סְגִיר הוּא
וּמְלַךְ יוֹתָם בְּרֵיהּ תְּחוֹתוֹי :

כז.

בַּר עֶשְׂרִין וְחָמֵשׁ שְׁנִין יוֹתָם כַּד מְלַךְ וְשִׁיתְסְרֵי שְׁנִין מְלַךְ
בִּירוּשְׁלֵם וְשׁוּם אִמֵּיהּ יְרוּשָׁה בְּרַת צָדוֹק : וַעֲבַד דְּכָשַׁר קֳדָם יְיָ
הֵיכְכָל

familiarum ex potentioribus bis mille & ſexcenti
13. Et ſub ductu eorum exercitus militiæ ducento-
rum & ſeptem millium & quingentorum exercen-
tium bellum fortitudine militari, ad opem ferendam
Regi adverſus hoſtem. 14. Præparavit quoque eis
Uzzia, toti *ſcilicet* exercitui clypeos & haſtas &
galeas & loricas & arcus uſque ad lapides fundarum.
15. Fecit etiam Hieroſolymæ inſtrumenta artifi-
cioſa turriculas concavas artificis opere fabrefactas,
quæ eſſent ſuper turres & ſuper angulos ad emitten-
das ſagittas & projiciendos lapides magnos: egreſ-
ſumque eſt nomen ejus uſque in longinquum: nam
ſingulariter adjutus eſt eò uſque ut corroboraretur.
16. Sed cum roboratus eſſet, elatum eſt cor ejus adeò
ut corrumperetur & prævaricatus eſt in Verbum Do-
mini Dei ſui: ingreſſus eſt enim templum Domini ut
adoleret ſuper altare thymiamatum. 17. Ingreſſus eſt au-
tem pòſt Azaria Sacerdos & cum eò Sacerdotes Domini
octoginta viri ſtrenui. 18. Et reſtiterunt Uzziæ Regi
atque dixerunt ei, Non licet tibi, Uzzia, adolere ſuffi-
tum aromaticum coram Domino, ſed Sacerdotibus filiis
Aaronis, qui conſecrati ſunt ad adolendum ſuffitum
aromaticum: egredere ex Sanctuariô quia prævarica-
tus es, nec tibi erit gloriæ quod adoleveris coram Do-
mino. 13. Indignatus eſt itaque Uzzia manu tenens
thuribulum ad adolendum; cumque indignaretur
Sacerdotibus lepra exorta eſt in fronte ejus coram

לְגִבָּרֵי חֵילָא תְּרֵין אַלְפִין וְשִׁית מְאָה : וְעַל יְדֵיהוֹן מַשְׁרְיַית
חֵילָא תְּלַת מְאָה אַלְפִין וּשְׁבַע אַלְפִין וַחֲמֵשׁ מְאָה עָבְדֵי קְרָבָא
בִּגְבוּרַת חֵילָא לְמִסְעַד לְמַלְכָּא עַל בְּעֵיל דְּבָבָא : וְאַתְקֵין לְהוֹן
עֻזִּיָּהוּ לְכָל חֵילָא תְּרֵיסִין וּמוּרְנִין וְקוּלְסִין וְשִׁרְיָינִין וְקַשְׁתִּין
וּלְאַבְנֵי קַלְעַיָּא : וַעֲבַד בִּירוּשְׁלֵם אוּמָּנוּתָא בְּמַחֲשַׁבְתָּא קוּשְׁקֵי
חֲלִילַיָּא בְּעוֹבַד אוּמָּנוּת אוּמָּנָא לְמֶהֱוֵי עַל מוּגְדְּלַיָּא וְעַל זָוְיָתָא
לְמִפְתַּק בְּגִירְרִין וּלְמִשְׁדֵּי בְּאַבְנִין רַבְרְבִין וּנְפַק שְׁמֵיהּ עַד לְמֵרָחִיק
אֲרוּם אַפְרֵישׁ לְאִסְתַּיְיָעָא עַד כְּדֵי אִתְּקַף : וּכְדֵי אִתְּקַף אִתְּגַס
לִבֵּיהּ עַד דְּאִתְחַבַּל וּשְׁקַר בְּמֵימְרָא דַּייָ אֱלָהֵיהּ וְעַל לְהֵיכְלָא
דַּייָ לְאַסָּקָא עַל מַדְבְּחָא דִּקְטֹרֶת בּוּסְמִין : וְעַל בַּתְרוֹי עֲזַרְיָה
כַּהֲנָא וְעִמֵּיהּ כַּהֲנַיָּא דַּייָ תְּמָנַן בְּנֵי חֵילָא : וְקָמוּ עַל עֻזִּיָּהוּ
מַלְכָּא וַאֲמַרוּ לֵיהּ לֵית לָךְ רְשׁוּ עֻזִּיָּהוּ לְאַסָּקָא קְטוֹרֶת בּוּסְמִין
קֳדָם יְיָ אֲרוּם לְכַהֲנַיָּא בְּנֵי אַהֲרֹן דְּמִתְקַדְּשִׁין לְאַסָּקָא קְטֹרֶת
בּוּסְמִין פּוּק מִן מַקְדְּשָׁא אֲרוּם שְׁקַרְתָּא וְלָא דִּי לָךְ לִיקָרָא
בִּקְטֹרְתָּא קֳדָם יְיָ : וְאִתְנְסִיס עֻזִּיָּהוּ וּבִידֵיהּ מַחְתִּיתָא לְאַסָּקָא
זְכַד אִתְנְסֵיס עִם כַּהֲנַיָּא וּסְגִירוּתָא סַגִּיַּית בְּבֵית אַפּוֹהִי קֳדָם
כַּהֲנַיָּא

annos Uzzia regnum capeſſivit & quinquaginta duobus annis regnavit Hieroſolymæ, nomen autem matris ejus Jecolia de Hieroſolymâ. 4. Fecitque quod rectum fuit coram Dominô juxta omnia quæ fecerat Amatſia Pater ejus. 5. Et deditus fuit quærendæ doctrinæ à conſpectu Domini diebus Zacariæ qui docuit in timore Domini; quibus autem diebus quæſivit doctrinam à conſpectu Domini, proſperum effecit eum Dominus. 6. Egreſſus enim bellum intulit Peliſthæis ac demolitus eſt murum Gathi & murum Azzæ & murum Ashdodi: ædificavit quoque oppida in Ashdodô & inter Peliſthæos. 7. Et adjuvit eum Verbum Domini contra Peliſthæos & contra Arabes degentes in Gerarâ & in planitie Meuri. 8. Dabantque Ammonitæ manus Uzziæ & pervaſit nomen ejus uſque dum attingeret Ægyptum, quia corroboratus eſt celebriter. 9. Ædificavit præterea Uzzia muros in Hieroſolyma ſuper portam anguli & ſuper portam vallis & ſuper angulos munivitque eos. 10. Extruxit etiam turres in ſolitudine & effodit ciſternas plurimas, eò quod opulentia multa eſſet ei & in valle & in planitie: cultores agrorum bobus & vinitores in monte & in Carmelô; diligebat quippe agriculturam. 11. Erant autem Uzziæ exercitus bellatorum & exeuntium militatum in caſtra, juxta numerum quô recenſiti ſunt per manum Jeielis Scribæ & Maaſeiæ Moderatoris, ſub ductu Chananiæ *unius* ex Principibus Regiis. 12. Omnis numerus Principum

שְׁנִין עֻזִּיָּהוּ כַּד מְלַךְ וַחֲמְשִׁין וְתַרְתֵּין שְׁנִין מְלַךְ בִּירוּשְׁלֵם וְשׁוּם
אִמֵּיהּ יְכָלְיָה מִן יְרוּשְׁלֵם׃ וַעֲבַד דְּכָשַׁר קֳדָם יְיָ הֵי כְּכָל מָה
דִּיעֲבַד אֲמַצְיָה אֲבוּי׃ וַהֲוָה לְמִתְבַּע אוּלְפַן מִן קֳדָם יְיָ בְּיוֹמֵי
זְכַרְיָה דִּמַלֵּיף בְּדַחַלְתָּא דַּיְיָ וּבְיוֹמַיָּא דִּתְבַע אוּלְפַן מִן קֳדָם יְיָ
אַצְלְחֵיהּ יְיָ׃ וּנְפַק וַאֲגִיחַ קְרָבָא בִּפְלִשְׁתָּאֵי וּתְרַע יַת שׁוּרָא דְּגַת
וְיַת שׁוּרָא דְּעַזָּה וְיַת שׁוּרָא דְּאַשְׁדּוֹד וּבְנָא קִרְוַיָּא בְּאַשְׁדּוֹד
וּבִפְלִשְׁתָּאֵי׃ וְסַעֲדֵיהּ מֵימְרָא דַּיְיָ עַל פְּלִשְׁתָּאֵי וְעַל עַרְבָאֵי
דְּיָתְבִין בְּגָרָר וּבְמֵישַׁר מְעוֹן׃ וִיהָבוּ עַמּוֹנָאֵי תִּקְרוּבְתָּא לְעֻזִּיָּהוּ
וַאֲזַל שְׁמֵיהּ עַד מָטֵי מִצְרַיִם עַד אֲרֵי תַּקִּיף לְעֵילָא׃ וּבְנָא
עֻזִּיָּהוּ מִגְדְּלִין בִּירוּשְׁלֵם עַל תְּרַע זָוִיתָא וְעַל תְּרַע חֵילְתָּא וְעַל
בְּאוּמַנַיָּא וְתַקִּיפִנּוּן׃ וּבְנָא מִגְדְּלַיָּא בְּמַדְבְּרָא וּפְסַל גּוּבִין סַגִּיעִין
אֲרוּם עוּתַר סַגְיָא הֲוָה לֵיהּ וּבִשְׁפֶלְתָּא וּבְמֵישְׁרָא פָּלְחֵי חַקְלִין
בְּתוּרַיָּא וְעָנְבֵי כַּרְמִין בְּטַוְרָא וּבְכַרְמְלָא אֲרוּם רָחֵם פּוּלְחָנָא
דְּאַרְעָא הֲוָה׃ וַהֲווֹ לְעֻזִּיָּהוּ מַשִּׁרְיָין עָבְדֵי קְרָבָא וְנָפְקֵי חֵילָא
לְמַשִּׁרְיָא בְּסְכוּם מִנְיָינֵיהוֹן בִּידָא דִּיעִיאֵל לַיְבְלָרָא וּמַעֲשֵׂיָה
סַרְכָא עַל יְדָא דַּחֲנַנְיָא מִן רַבְנֵי מַלְכָּא׃ כָּל מִנְיַן רֵישֵׁי אֲבָהָתָא
לְגִבָּרֵי

domô Sanctuarii Domini, quæ conſecraverat Obed Edom (quô tempore David de domô illius Arcam Domini ſuſtulit cum reduxiſſent eam Peliſthæi & benedixiſſet illi Dominus) & theſauros domus Regis & filios Magnatum qui obſides erant apud eum *ſumpſit*; & reverſus eſt Samariam. 25. Vixit autem Amatſia filius Joashi Rex domus Jehudæ, poſtquam mortuus eſt Joash filius Jehoachazi Rex domûs Iſraëlis quindecim annis. 26. Reliqua verò facta Amatſiæ priora quando inceſſit in timore Domini & poſteriora quando declinavit à viis rectis coram Dominô, nonne deſcripta ſunt in librô Regum domus Jehudæ & domûs Iſraëlis. 27. Poſtquam autem receſſiſſet Amatſia à cultu Domini inierunt contra eum conjurationem Hieroſolymæ & fugit Lacishum; ſed miſerunt poſt eum Lacishum & interfecerunt eum illic. 20. Deinde ſublatum equis ſepelierunt cum Patribus ejus in civitate Jehudæ.

CAP. XXVI.

TUlerunt autem univerſus populus domûs Jehudæ Uzziam ſedecim annos natum & Regem conſtituerunt eum pro Patre ejus Amatſiâ. 2. Ipſe ædificavit Elotham & reſtituit eam domui Jehudæ poſtquam decubuit Rex cum Patribus ſuis. 3. Natus ſedecim

annos

בבית מקדשא דיי דאקדיש עובד אדום בעדן דנסיב דוד מן
ביתיה ית ארונא דיי כד אתיבו יתיה פלישתאי וברכיה יי
וית תיסברי בית מלכא וית בני רברבניא דמיתמשכנין גביה
ותב לשומרון: וחיא אמציה בר יואש מלכא דבית יהודה
בתר דמית יואש בר יהואחז מלכא דבית ישראל חמסרי שנין:
ושאר פתגמי אמציה קדמאי דהליך בדחלתא דיי ובתראי
דיסטא מן ארחן דתקנן קדם יי הלא אנון כתיבין על ספר
מלכיא דבית יהודה ודבית ישראל: ומן עדן דיסטא אמציה
מבתר פולחנא דיי ומרדו עלוי מרדא בירושלם ואפך ללכיש
ושדרו בתרוי ללכיש וקטלוהי תמן: ונטלוהי על סוסותא
וקברו יתיה עם אבהתוי בקרתא דיהודה:

כו.

ודברו כל עמא דבית יהודה ית עוזיהו והוא בר שיתסרי שנין
ואמליכו יתיה תחות אבוי אמציה: הוא בנה ית אילות ואתבה
לדבית יהודה בתר דשכיב מלכא עם אבהתוי: בר שתסרי
שנין

carduum. Sic feciſti quô tempore miſiſti ad me & conduxiſti de domô Iſraëlis centies mille fortes bellatores centum talentis argenti, poſtea verò miſſos feciſti ne irent tecum ad bellum & dimiſiſti eos vehementer iratos, adeò ut diffunderunt ſe in terram ditionis tuæ & reciſis tribus millibus ſpolia ampla referrent. 19. Dixiſti tecum, ecce interfeciſti Edomæos, ideoque elatus eſt tibi animus ad gloriandum: nunc mane domi tuæ quare intromittis te in malum, ut cadas tu & homines Jehudæ tecum. 20. Sed noluit auſcultare Amatſia eò quod à Dominô erat, ut traderet eos in manus ipſorum, quia quæſierunt cultum idolorum Edomi. 21. Aſcendit igitur Joash Rex domus Iſraëlis & viderunt alter alterius faciem in bello ipſe & Amatſia Rex tribus domus Jehudæ in Bethshemesho quod *pertinet* ad tribum Jehudæ. 22. Et fracti ſunt homines Jehudæ coram hominibus Iſraëlis fugeruntque ſinguli in civitates ſuas. 23. Amatſiam verò Regem tribûs domûs Jehudæ filium Joashi filii Jehoachazi cepit Joash Rex domûs Iſraëlis in Bethshemesho, & adduxit eum Hieroſolymam deſtruxitque murum Hieroſolymæ à portâ Ephraimi uſque ad portam anguli quadringentos cubitos. 24. Omne quoque aurum & argentum & univerſa vaſa quæ reperta ſunt in

סִילְוָה הֵיכְּהֵין עֲבַדְתָּהָא בְּעִדָּן דִּשְׁדַרְתָּא לְוָתִי וַאֲגַרְתָּא מִדְּבֵית
יִשְׂרָאֵל מְאָה אַלְפִין גִּבָּרֵי חֵילָא בִּמְאָה קִינְטֵירִין דִּכְסַף וּמִן
בָּתַר כְּדֵין פְּטַרְתְּנוּן מִן־לְמֵיזַל עִמָּךְ בִּקְרָבָא וּשְׁדַרְתְּנוּן בִּתְקוֹף
רְגוֹזְהוֹן וְאִתְנְגִידוּ בַּאֲרַע מַלְכוּתָךְ וּקְטָלוּ מִנְּהוֹן תְּלָתָא אַלְפִין
וּבְזוֹ בִּזְּתָא רַבְּתָא : אֲמַרְתְּ בְּמֵימְרָךְ הָא קְטַלְתָּא יַת־אֱדוֹמָאֵי
וְאִיתְרָם עֲלָךְ לִבָּךְ לְאִתְיַיקְּרָא כְּדֵין תִּיב בְּבֵיתָךְ לְמָא אַתְּ
מִתְגָּרֵי בְּבִישְׁתָּא וְתִפּוֹל אַנְתְּ וֶאֱנָשׁ יְהוּדָה עִמָּךְ : וְלָא קַבִּיל
אֲמַצְיָה אֲרוּם מִן קֳדָם יְיָ הוּא מִן בְּגַלַל לְמִמְסְרְהוֹן בִּידֵיהוֹן
אֲרוּם תְּבָעוּ יַת פּוּלְחָן דַּחֲלָן דֶּאֱדוֹם : וּסְלִיק יוֹאָשׁ מַלְכָּא דְּבֵית
יִשְׂרָאֵל וְאִיתְחֲמִיאוּ אַפִּין בְּאַפִּין בִּקְרָבָא הוּא וַאֲמַצְיָהוּ מְלֵיךְ
quenti autem commate כנש habet; ס & ש in hâc voce ſæpiſſimè mutantur. *V.* 13. Erford. Codex non habet Particulam negativam לא quam tamen Beckius expreſſit in Tranſlatione, & loco vocis עד, לא ponere voluit; ſed multò melius noſter utrumque habet. *V.* 15. בני לויאי malè in Erford. additur, quia de filiis in Paſuk aut in Commentatoribus nulla ſit mentio. Bene ergo non tranſtulit vocem hanc Beckius. *V.* 16. Noſter habuit זבדיהו quod ex verſibus ſequentibus corrigimus pro זכריהו. Miror quod Beckius vocem בן vertat Benum, quum pro בר filio poſita ſit. Imò ex textu Hebræo videre hoc facile potuiſſet. *V.* 22. בנגיהו noſter habuit, reſcribimus ex Hebræo כנניהו. *V.* 27. Poſt מטול Erford. addit דמשבחיא Cantorum: Male autem applicatur & adjungitur voci *oneris* quod ſc. Kenanias fuerit Præfectus portandi oneris Muſicorum, quod eſt ridiculum. Redundat ergo vox hæc, neque ullô modô huc quadrat, quia jam de Cantoribus Targumiſta egit in verbis præcedentibus. *V.* 28. Defuere in Noſtro: ובצלצלין דמשמעין בני בלין וכנרין quæ ex Paſuk reſtituimus. CAP. XVI. *V.* 1. Loco Erford. פרש diviſit פרס tetendit eſſe debet. *V.* 5. Textus Hebræus vocem ויעיל in Erford. deficientem requirit. *V.* 20. Exhibuit Codex noſter לעם אחורן quod reſcribimus לאמא חורן: חורן enim alius eſt juxta Dialectum Hieroſolymitanam. *V.* 21. Pro יורשי correxi ירשי permiſit, juxta Locum Parallelum Targumiſtæ noſtri. Pſal. cvi. 2. מן ירשי לאשמעא. *V.* 24. Legendum אישתעו pro אשמעו Enarrate juxta Targ. Jonath. Joel. 1. 3. עֲלָה לִבְנֵיכוֹן אִישְׁתָּעוּ. *V.* 28. Totum hoc

comma

להם ברכה בבנו׳ וּבעושר ותוספת טובה בכל׳ דבר מעת שהיה הארון בביתו ורבו ז״ל דרשו וארת כל ביתו זה אשתו ושמנ׳ כלות׳ שילדו ששה ששה בכרס אחר. וסמכו זה עלמה שכתוב בדברי הימ׳ פעולתי השמיני כי ברכו אלהים וכתי׳ ששים ושני׳ לעוב׳ והיא ושמנ׳ כלות׳ שילדו ששה ששה בכר׳ אחר הם ששים ושני׳ עם שמנה הבנים: *Filios ejus & filias ejus, ac omne quod ipſis fuit, benedictio (fuit) in filiis, & in divitiis, & augmentationibus bonorum in omni re, à tempore, quô arca in domô ejus fuit: Et Magiſtri noſtri beatæ memoriæ interpretantur, & omnem domum ejus: hoc eſt, uxor ejus & octo nurus ipſius pepererunt quælibet ſex in unô ventre, & fundaverunt hoc ſuper quod ſcriptum eſt in libris Chronicorum: Opera octavæ, quia benedixerat Deus ipſi, & ſcriptum eſt ſexaginta duæ Obedo, & illa* (uxor ejus nempe) *ac octo nurus ipſius quæ pepererunt, quælibet ſex in unô ventre ſunt ſexaginta duæ cum octo filiis.* Neutiquam tamen cum Beckio Paraphraſin hanc Benedictionis Divinæ, quæ miraculoſa eſt & ſine dubio tum temporis fuit, falſitatis aut incertitudinis accuſarem. CAP. XIV. Hujus capitis verſiculi 5. 6. 7. in Erford. deſunt. *V.* 1. Pro noſtro שדר Erford. שלח habet. Eſt tamen שדר magis frequens in Targum Hieroſolymitano & Hagiographorum: שלח autem rariſſime à Joſepho in כתובים & Onkeloſo uſurpatur: Occurrit tamen etiam. v. 15. hujus capitis שליח. *V.* 3. Noſter תוב rurſus, Erford. autem עוד porrò, quod quoad ſenſum rei idem eſt. *V.* 17. Licet Erford. פלשתאי omittit, addit tamen Beckius *Hoſtilem* ſine voce Chaldaicâ id ſignificante, prouti ſæpiſſime facit. CAP. XV. *V.* 4. Melius noſter וכנס quum Erford. ואכנש quod Futurum eſt, ſequenti

כרמות omittit. *V*. 29. Sine ſenſu & ſignificatione Erford. pro כדון nunc, legit בני filii. *V*. 32. Fruſtra Beckius ſugillando Codicem Noſtrum & Lightfootium, Erfordienſem ſuum comendare vult. Deeſt enim ipſi vox דסיהרא & ſi Lightfootio difficile fuit divinare explicationem, non tamen impoſſibile eſt aliis eam invenire. Nos ita vertimus: סופיסטין במולדא דסיהרא למקבא מועדיא: *Artifices in Neomeniis Lunæ ad figendas ſolemnitates*: מולד enim novilunium & סיהרא Lunam ſignificat. Unde Targ. Jonathanis Gen. 1. 14. ומולד סיהרא: *V*. 33. Numerus 50 millia חמשין אלפין deſunt in noſtro, reſtituimus ex Hebræo. *V*. 38. Melius שארא reliqui quam שיורא in Noſtro Codice. *V*. 39. Noſter melius legit זמינו quam Erford. דמינו. CAP. XIII. *V*. 5. מן קרית יערים defuerunt in Noſtrô. *V*. 6. Mallem legere שְׁרָא habitavit, quam שרייא quod fuit in Noſtrô. Unde Targ. Onkelos. Exod. 40. 35. אֲרֵי שְׁרָא עֲלוֹהִי עֲנָנָא. Et Jonath. 1 Sam. 26. 5. דִּי שְׁרָא תַּמָּן שָׁאוּל. *V*. 8. תוקפא defuit in noſtro, quod juxta Hebræum Textum reſtituimus. *V*. 9. Textus Hebræus habet גורן כידון quod Targumiſta noſter אתר מתקן locum præparatum, quod Paſuk horreum Gidonis vocat. *V*. 12. אעיל introducam, prima perſona in Aphel; malè igitur Erford. ייעיל. *V*. 14. בכריסא חד in ventre uno deeſt in Erford. (licet Beckius in tranſlatione Latinâ hoc addiderit) quia ad benedictionem divinam Obed Edomo factam magnifaciendam requirebatur. Ampla hæc Benedictio ſpecialiter à R. D. Kimchio Comment. in 2 Sam. 6. 11. expreſſa eſt ſuper verba ואת כל בתו: בניו ובנותיו וכל אשר לו היתרה להם

Quod non reliquit ſimile ejus nec in templô primô, nec in templo ſecundô, & vox Ariel eſt nomen domûs templi, ſicut ibi væ Ariel, & interpretatio eſt Moab, quia ædificavit illud Salomo, qui venit à Ruth Moabitide. Eodem hôc Commate vox כַּהֲנַיָּא poſt דְאוֹרַיְתָא deeſt in Erford. quod tamen juxta Commentarium Raſchi hîc adeſſe debuit. *V.* 23. Vox חמשא quinque deeſt in noſtro, addimus eam. Paulo poſt Codex Noſter ita legit וְאִנְסֵית quod ſeparamus ואיס & eripuit cum ית nota Accuſativi Caſus. Conf. de his Targ. Jonath. 2 Sam. 21. 19. *V.* 26. Defuerunt in Codice Noſtro: אחוי דיואב אלחנן: quæ juxta Textum Hebræum reſtituimus. CAP. XII. Hujus Capitis quintus tantum & ſextus verſiculus deſunt in Codice Erfordienſe. *V.* 1. Noſter legit לות דויד verſus Davidem, Erford. autem לדויד ad Davidem. *V.* 13. חד deſideratur in noſtro, quod addidimus. *V.* 15. מישריא planitierum, malo ſcribere cum י poſt מ licet Erford. ſine י ſcribat, quia Targ. Joſ. xi. 16. יַת מֵישְׁרָא & Targ. Gen. 5. 8. בְּשִׁפּוּלֵי מֵישְׁרָא cum Jod ſcribunt. *V.* 17. Vox iſta ואתיב ſumitur à Targumiſtis ſubſtantive pro Reſponſione, à Talmudiſtis autem verbaliter pro Reſpondere Item dare: ut Sanhedrin fol. 109. col. 2.: דעבר במברא ניתיב חד זוזא דלא עבר במבר ניתיבא תרי: *Qui tranſit vadum dabit unum florenum qui non tranſit navicula vadum, dabit duos.* Redundat autem in Erford. atque ſine vitiô in noſtrô deeſt. *V.* 18. Noſter habuit בְּרֵישֵׁי quod reſcribimus בַּר יִשַׁי *v.* 20. עלוהי juxta eum, & paulo poſt אלי הוא deſunt in Erford. *V.* 22. Male ſcribit Erford. כגיעין pro סגיעין plurimi, & nomen ברמות

voce unquam occurrit. *V.* Deſiderantur in Erford. וּמְטוּל פִּתְגָמָא דַיְיָ quæ verba Beckius inſerit Tranſlationi Latinæ, ut Paſuk ſatisfiat quod de non cuſtodiendo loquitur. Paulo poſt noſter נטל levavit habuit quod reſcribimus נטר cuſtodivit. CAP. XI. Deſunt in hôc capite verſic. 27—31. 40. 41. 43. in Cod. Erford. *V.* 5. Objectum ad quod Jebuſæi locuti ſunt לדויד omittit Erford. Item vox כבש *expugnavit* legenda eſt cum ש non cum ס uti in Erford. כבס enim *lavit* ſignificat. *V.* 9. Abſque diſpendio ſenſûs deeſt vox Erfordienſis מימרא in noſtrô. *V.* 11. De Laude egregiâ Davidis quod בְּרוּחַ נְבוּאָה דַיְיָ ſit locutus vide Targ. Jonath. 2 Sam. 23. 8. & Comment. R. L. Ben Gerſon in h. l. *v.* 11. ד ante vocem על in Cod. Erford. ſine ſenſu additur, melius ergo abeſt. *V.* 12. ל״א non habet Erford., quod etiam. *v.* 16. deeſt. *V.* 19. Mendosè admodum contexuit verſiculum hunc Beckius ob defectum duarum vocum אנא שתי *ego bibam* quas noſter ſupplet. Omiſit etiam Erford. ארום חולף נפשהון : unde Vau Copulativum non extans in Chaldaico ſubjicitur à Beckio ad ſenſum implendum. *V.* 21. Pro מטא *aſſecutus eſt* in Noſtro extante, Cod. Erfordienſis habet בא Hebræum. *V.* 22. לתרין deeſt in Erford. ante אריון *Leonibus.* De Sanctuario loquens Erfordienſis ita habet : הוה דכמה לא במקדשא קדמא ולא במקדשא תנינא : non fuit ſimilis in templo primo, neque in templo ſecundo, quod R. D. Kimchi Com. in 2 Sam. 23. 20. ita effert : שלא הניח כמותו לא במקדש ראשון ולא במקדש שני ואריאל שם בית המקד׳ כמו הוי אריאל ופי׳ מואב שבנה אותו שלמה שבא מרות המואביה :

 Quod

להון ובמניינא מפקין להון , quod Erford. ita conjunxit ut mirer quomodo Beckius ſenſum inde extorquere potuerit : יְעַלּוּנוּן וּבְמִנְיָין יְפִיקוּנוּן : *V.* 33. Multò melius noſter legit בלשכתא דפטורין quam Erford. בלשכת אטונין cùm nota Genitivi Caſus ד ut & Radicales literæ פ & ר deſint, loco ר tamen נ adeſt. *V.* 41. In Textu Hebræo vox ואחז deſideratur, quæ tamen ſub initium verſiculi ſequentis repetitur. CAP. X. *V.* 1. Non expreſſit noſter קדם poſt מן uti Erford. Et paulò poſt noſter habuit ונפלו דקטילין חרבא : דְ Genitivum ſuperfluum omiſimus & juxta Jonathanis Targum. 2 Sam. 12. 9. בְּ : קְטַלְתָּא בְּחַרְבָּא instrumentale addidimus. Erford. male דחרבא : ד pro ב ponit, & Beckius בטורא (in monte) vertere neglexit. *V.* 4. Noſter male נְטֵול habuit pro נְטִיל. Hebræa vox מאד valde à noſtro לחדא reddita deeſt in Erford. *V.* 5. In imperativo Noſter habuit וְחַמִּי uti Pſal. 9. 14. חֲמִי סִגּוּפַי correximus : אֲמָא. *V.* 6. Pro אינש noſtro, Erford. in plurali habet אנשי omittendo דהוו תמן qui fuerunt illic; alios enim qui non fuerunt ibi, ſuperſtites manſiſſe hiſtoria nos docet. *V.* 7. Beckius quid pro quo ponit, deficiente voce ואתו in Erford. reddendus eſſet ſenſus quod *Philiſtæos fugârint*, ipſe vero vocem *invadentes* interſerit ſine caſu nominis : *V.* 8. Notam Accuſativi caſûs poſt קטיליא, addidimus. *V.* 9. Habuit noſter ושרא jaculatus eſt, quod reſcribimus ושדו projecerunt uti Jonathan 2 Sam. 11. 24. וּשְׁדוֹ קַשָּׁתַיָּא. Pejus legit Erford. ר : וּשְׁדַרוּ enim non eſt Radicale, neque in hâc

voce

Otham, à tempore quô miſit eam Cherarimum, illam quam expulit & alios Præcipuos Patrum, ad Minchaſum; à tempore quô miſit eam, abiit ille in campo Moab, & genuit ibi Machdimum & ex Beerâ uxoribus ejus. *V.* 10. Noſter exhibet אהבן Patrum, Erfordienſis autem cum Pronomine אבהתהון quod tamen abeſſe debet. *V.* 11. Ineptè Codex Erfordienſis omiſit איתתיה ante חֻשִׁים: Omiſit etiam *v.* 12. לוד quod Hebræus Textus & Targumiſta noſter requirit. *V.* 13. Neſcio quô caſu Noſter omiſerit ſequentia: הינון רישי אבהן דיתבי אילון: Erford. tamen habet אבהת quod & *v.* 28. in Noſtro extat pro אבהן vel reciſo fine vocis אבהתהון. *V.* 33. Codex noſter non habet allegoricam denominationem vocis Ner quam præter Targum Erfordienſe Vajikra Rabba Sect. 9. habet. CAP. IX. Hujus capitis verſiculi 4. 5. 7. 8. 10. 11. 12. 14. 15. 39—45. deſunt in Codice Erford. *V.* 1. Omiſit ille etiam דבית ante Iſrael, quod tamen ſtatim poſt voci Judæ annectit. *V.* 3. מִן ante מנשה deeſt in Erford. quod tamen non ita neceſſariò requiritur. *V.* 13. Abeſt לרישין in Erford. Titulus ſc. Cognatorum Jeielis. *V.* 19. Incongruè bis habet Erford. נטר cuſtodivit pro נטרי cuſtodes; quod ſenſus requirit. *V.* 20. Malè Codex noſter exhibuit סככן pro סרכן Præfectus. *V.* 21. Vocem נביא Propheta contra Paſuk omittit Erford. *V.* 24. Noſter omiſit ממנן על quod addendum, ſi vox תרעיא in ſtatu quo manere debet. *V.* 26. Ex defectu vocis maximè neceſſariæ עֲלוֹ malum adſtruxit ſenſum Erford. *V.* 28. Noſter habet מְטוּל pro ארום Erfordienſi. Benè hôc commate noſter ſeparando Pronomina legit מעיילין

 לחון

ſum verſiculi hujus Erfordienſis Codex omittendo: קדם קיצא ארום תלתין שנין: Eodem hôc commate meliùs Codex noſter, quicquid corrigat vel reſcribat Beckius, legit וּבְמִפַּקְדוֹן pro Erford. וּבְבִקְדוֹן: Et porrò non ſatisfacit ſenſui & intentioni Targumiſtæ, Erfordienſis, omittens גַּר poſt אֱנָשֵׁי. *V.* 23. Iterum Noſter קְרָא habet quod corrigimus per קְרַת quia de fœmina loquitur, niſi Patri nominis impoſitionem tribuere vellemus. *V.* 24. Non ita dextrè Beckius vertit voces אִזַּן דִשְׁאֶרָה, cum דְ nota Genitivi Caſus Chaldæorum vocem Sheera per Genitivum reddi vult. *V.* 28. Textui Hebræo & noſtro Codici contrariatur Erfordienſis omittendo ושכם וכופרנהא: & paulo poſt malè איה pro אִנָּה ponit. CAP. VIII. Deſunt hujus capitis v. 1. uſque ad 5: 14. uſque ad 27. 30. 31. 34. uſque ad 39. in Erfordienſi. *V.* 8. & 9. Super verba ואוליד מן בערת Kimchius egregiè commentatur: כמו מן בערא כמו בצאתי את העיר שפי' מן וזכר תולדות שתי נשיו ולא זכר תולדות בערה אולי לא נכבדי' וראשים כי אלה שזכר היו ראשי האבות כמו שאומר חדש אשתו היא שלחו אותם שזר וי"מ מן שלחו אותם מעת ששלח אותם שהרים אותם שהגלה אותם ושאר ראשי האבות אלמנהת מעת ששלח אותם חלך הוא בשד' מואב והוליד שם כחטים ומבערא נשיו: *Quaſi ex Beera, ſicuti in exeundô ad urbem, explicatio eſt ex: Et meminit generationum duarum uxorum ejus, & non meminit generationum Beeræ, forſan non fuerunt honoratæ & magnæ, quia illæ quarum meminit fuerunt Præcipuæ Majorum ſuorum, ſicut dicit: Codesh uxor ejus fuit Cholcho Otham, cujus meminit primò, & aliqui dicunt ex Cholcho Otham,*

vocem בתחולידון in בתהומידון à תחום limes. *V.* 55. Redundans vox סחור *circum* in Cod. Erford. abeſt in noſtrô. *V.* 57. Erford. neglexit addere וית יתיר quod Paſuk tamen requirit. *V.* 60. In utrôque Codice קריא ſuperfluum eſt; Erford. tamen legit קרוי in Plurali ſtatu conſtructo, noſter autem in Singulari. Melius ſi addenda קרוין vel קרויא. *V.* 61. פלגות in Parentheſi incluſa redundat in Erford. *V.* 62. Abeſt Schva ſub ſecundo ש in voce יששכר ne forte Schva ſine accentu prævio Kametz reddat Kametz Katuf: quod eſt v. 72. & alibi. *V.* 67. Neceſſaria vox דבית deeſt in Cod. Erford. *V.* 78. מעברא ſubſtantivè ſumitur cum affixo Nominis ablativi caſus: uti & Targ. Onkeloſi Exod. 28. 26. לְעִבְרָא דְאֵפוֹדָא & Jonath. 1 Sam. 14. 4. כְּעִבְרָא כֵּכָא. CAP. VII. Hujus capitis deſunt. v. 1. 6. 8. 10. 12. 13. 17. 19. 20. 25. 26. 27. 30. uſque ad 39. in Codice Erford. *V.* 2. Licet vox מניינהון in Cod. Erford. deſit, Beckius tamen ſupplet in Latinô, ut verum inde eruat ſenſum, aſt minùs accuratè in notis ſubſtituere vult סְכוּמְהוֹן. *V.* 4. Elegantiam Chaldaicam Codex Erfordienſis non eſt aſſecutus, omittens חֵילָא. *V.* 11. Semper quaſi Codex Noſter Numeros denarios cum minoribus conjungit, quos autem Erford. ſeparat, uti hîc etiam pro noſtro שְׁבַסַר Erfordienſis habet שבעא עסר: *V.* 21. זכר Fuit in noſtro, quod ex Hebræo ſcribimus זָכָר. Confer de computatione Ducum Domûs Ephraimi præter ea quæ Beckius in notis ad h. l. habet מדרש רבות p. 127. c. 4. *V.* 21. mutilat ſenſum

legit ושמע. *V.* 15. In Erford. malè deeſt לרישא. *V.* 18. utrumque ונגרי & ונגדי trahere ſignificat, legerem tamen potiùs cum ד quia hoc uſitatius de arcu dicitur quam illud. Eodem verſu noſter melius legit נפק חילא prodiit exercitus quam Erford. נפקי חילא quod Beckius in militiam proficiſcebantur explicat, cum tamen nulla præpoſitio ſubſtantivo adſit. *V.* 20. Cod. Erford., quis, auxilium tulerit omittit: אחידון בית ישראל quod noſter addit. *V.* 21. Legerem potius cum Erford. Codice ונפשין pro noſtro ונפשא quia plures unâ animâ fuere centies millè hominibus. *V.* 22. קדם Erfordienſe ante מימרא ſine vitio in noſtrô deeſt. *V.* 23. Pro Hebræo מבשן noſter habet מן מתנן quod Erford. corrumpit præfigendo notam Genitivi caſûs & vel præpoſitionem בְּ in, vel alium locum intelligendo. *V.* 26. Incuriè Targum Erford. omiſit quod Paſuk requirit ית תיגראת כול מלכא דארם: ſequentem autem vocem ית תיגראת in Latinum transferre neglexit. Habuit hoc verſiculo noſter ואגלומון quod legendum potius ואגלנון. CAP. VI. Tot verſiculi in Cod. Erford. hujus capitis deſunt ut ex 78. tantum 24. adſint. *V.* 31. ל״א משכנה. deeſt in Erford. & locô ביה ארונא quod *in eam* ſc. domum Sanctuarii deducta ſit *Arca* Erford. male legit בית ארונא domus ſive capſula arcæ, quod autem tale involucrum & non Arca ipſa in Domum Sanctuarii ſit deducta nullibi legi. *V.* 33. Pro אֵנוּן quod Cod. noſter habuit, lege אִנוּן *V.* 49. Noſter initialem notam Genitivi Caſus ד in vocibus עלתא, קטורתא & קודשיא omiſit quam addidimus. *V.* 54. Mutavimus vocem

Targumiſtæ Hieroſolymitano & Talmudicis Auctoribus communem dividit Cod. Erford. שתא עסר deficiente Vau copulativo. *V.* 39. Bene in ſtatu conſtructo plurali noſter למעלני pro Erford. למעל. Datur vox eadem in Targ Jonathanis Ezech. 44. 5. ותשוי ליבך למעלני ביתא. *V.* 40. in voce פטימתא omittit א Cod. Erford. unde Beckius ד initiale hic deſiderat; aſt ſine Ellipſi aut vitiô abeſſe poteſt, quia פטימתא Adjective non Subſtantive ſumitur. Uti etiam Gen. 41. v. 5. שובליא פטימתא ומליתא *ſpicas pingues & refertas.* *V.* 41. Noſter מְדוֹרֵיי habitacula, Erford. autem confundens ר & ד מרודיא, mallem tamen legere מְדוֹרַיָּא. CAP. V. Deſunt in hôc capite verſiculi 3. 4. 5. 14. Cod. Erford. *v.* 1. אֱרוּם deeſt in Erford. & ſic quoque connexio bona. Item pro Erford. בני ראובן quod Hebræum eſt melius noſter legit בנוי דראובן: *V.* 6. לשבטא דראובן tribûs Ruben, Erford. autem Hebraice ponit לְשֵׁבֶט רְאוּבֵן: *V.* 7. Voces לאיתייחסא לגניסתהון deſunt in Erford. & ſuperfluæ eſſe videntur in noſtro, ſi ſenſum ſpectemus. *V.* 9. Codex noſter habuit מעלך & Erford. מעלן pro quo מעלנא juxta Targum Judic. 11. 3. ponimus. *V.* 9. סגיעו multiplicata ſunt noſter, ut & Pſal. 4. v. 8. idem, ſed Erford. סגיאין vox tamen hæc quantum ego quidem obſervavi rariſſimè ſine ע radicali in primis ſi א adſit ſcribitur. *V.* 12. Corruptè Cod. Erford. וייעט omiſit enim vocem שפט & ſic ultimam hujus vocis literam antecedenti adjunxit. Exprimit Hebræum Textum melius noſter ויעניושפט. *V.* 13. Pro Hebræo שבע melius noſter ושבע quod Erford.

 legit.

etiam Raſchi in Num. 13. 16. parallelam precationem Moſis: נתפלל עליו יה ישיעך מעצת מרגלי: *Precatus eſt ſuper hoc Deum, juvabit Te à Conſilio Exploratorum. V.* 18. Deeſt in Cod. Erford. דישראל, quod tamen neceſſariò adeſſe debet, uti & Jalkut hoc applicat Iſraeli. Obſervandum quod in voce לאינתו in uxore נ loco Dagesh in ת inſigendi ponatur. Vid. Buxtorf. Lexic. hac voce. *V.* 19. In noſtrô voces אחתיה רצעת *Sororis Tſeathi* in Paſuk & Commentatoribus diviſæ, ſine ratione in Erford. conjunguntur unde ex אחותנעם Beckius nomen proprium Achotnaam fabricat. *V.* 22. Non habuit noſter בְּפִתְגָמֵי *in verbis* quam vocem tamen Textus Hebræus & omnes Commentatores exprimunt. *V.* 23. Quare autem Beckius pro ומיצבין & ſtabiliunt, ponere velit ומנצבין & plantant ignoro? Nullam enim allegoriam in hôc verſu percipio, ſed Excellentiam filiorum Legis literaliter intelligo. Neque eſt quod ipſe noſtram vocem וּבְנַן male legi dicat, cum in ſimilibus quaſi vocibus Targumiſtæ Kametz pro Chirek magnô præcedente Patach ponant ut Amos. 6. 7. Jonathan habet בכן כען יגלן & Jer. 12. 20. גלין Aſſentiri autem Magno Ligtfootio nequeo qui per בְּנַן filias intelligi vult, has autem murorum laterumque confectorum aut foſſorum numero tum temporis ad reſtaurandam domum Sanctuarii adſcriptas fuiſſe, nullibi legitur. Omiſit Codex Erford. poſt vocem ומועדיא hæc quæ neceſſariò adeſſe debent: איתייתבו תמן וסכמין *commorati ſunt illic & numerârunt. V.* 24. De Shaulo qui Zimri eſt vide Bereſchit Rabbot. p. 45. col. 2. *V.* 27. Vocem אֶשְׁתְּכַר

Targu-

culi 6. 7. 8. 11. 12. 13. 14. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. deſunt in Codice Erfordienſi. *V*. 2. Noſter habuit תְּלִיתָי meliùs legimus תְּלִיתָאי tertius. *V*. 3. De Egla quæ eſt Michal Filia Saulis ut & *v*. 24. de Meſſia egregie comentatus eſt Beckius quem vide in Notis ad Cod. Erford. CAP. IV. Hujus capitis verſiculi 1. 7. 16. 20. 25. 26. 29. 30. 35. 36. 37. deſunt in MS. Erford. *V*. 5. De קוץ Raſchi ita loquitur Com. in h. l. ועדיין לא הזכיר קוץ ומזכיר את בנוי : *Et nondum hîc mentionem fecit Chuſi, & meminit filiorum ejus.* *V*. 8. Noſter Codex habuit חֻוּר quod eſt Hur uti ex v. 4. jam conſtat mutavimus igitur puncta. Erfordienſis plane omiſit vocem hanc, ſed ſupplevit eam in Latinô Beckius. *V*. 9. Cod. Erford. male ויחכים cum Jod, quod Beckius audacter in notis repetit ſine emendatione, cum tamen חכים ſapiens quod cum ו copulativo וחכים facit, rectè noſter habeat. Eôdem verſu fuit קְרָא loquendo de matre Othnielis, debuit autem eſſe קרת in Fœmininô uti eſt in Cod. Erford. & Targum Onkeloſi Gen. 4. 25. loquens de Eva dicit וילידת בר וקרת ית שמיה שת : *V*. 10. Melius Noſter habet אין Chaldaicum, ſi, pro אם Hebræo quod in Cod. Erford. datur. Eodem verſu Codex noſter habuit ותעבד quod ex Participio præſenti Gen. 1. 11. עביד & Cod. Erford. melius legimus ותעביד & faciens ſis. *V*. 11. אינשי סנהדרין noſter in ſtatu Conſtructo, malè autem Erford. legit. אינשי סנהדרי quia duo nomina ſine regimine verbi cujuſdam vel alterius cujuſdam nominis poſita in ſtatu conſtructo nunquam ſtare queunt. *V*. 15. עיטת conſilium Targumiſtis uſitatius, quam Erford. עצת quod Hebraicum eſt. Habet

 etiam

Calebi & Bezaleel tertiæ generationis. *V.* 34. Noſter habuit אֶלָאהֵן pro quô melius אֶלָהֵן *niſi præter* legimus. *V.* 35. Voces וְשַׁחְרַר יָתֵיהּ libertate donavit eum, omiſſæ ſunt in principiô hujus verſûs in Codice Erford. neceſſariò tamen adeſſe debent, quia ſervus priùs manumittendus ſive libertate donandus erat antequam filia Domini ſui ipſi traderetur, uti præter loca citata in Beckio ר״שי, ר״דק & Buxtorf. in voce שחרר habent. *V.* 45. Beckius vocem אבא per Principem reddit, nos meliùs Pater quod & Paſuk vult. רב autem vel רבא Principem denotat. *V.* 53. Male fatente ipſô Beckio Erford. Codex ליואי inſerit omittendo vocem maximè neceſſariam Zipporam, quia Moſes parere non potuit, & verbum ילידת de Fœmina loquatur: orta eſt vox ליואי pro לידה. ipſi quæ deeſt in Erford. ſed datur in noſtrô. *V.* 54. Miror quare Beckius nomen היכנטופא vertat ſicut opobalſamum cum in Hebræo Netophatæi expreſsè dicantur & Targumiſta ſuper Ruth c. 4. 20. quem allegat Beckius, Netopham pro Regione explicet. Incolas autem urbis Netophæ prope Bethlehem de quô jam agitur hîc intelligimus, aſt quomodo הכטופה quod in Peah c. 7. pro opobalſamo aut oleô ſumitur in hôc verſiculô idem denotare queat ignoro. Præterea multa peſſimè legit Cod. Erford. in hôc verſiculô, & Beckius malè etiam בצניא palmas vocat, quum צנא cum א ſit caniſtrum, corbis, צנה cum ה palma. *V.* 55. Erford. omittit rationem denominationis Jabetſi, quam rectè noſter addit. De voce עתניאל vid. Kimchi Com. in h. l. & Sota "א : ב" : CAP. III. Hujus capitis verſiculi

Item in Onkelos. Gen. 47. 11. Conf. quæ erudite Cl. Relandus c. 13. & 16. Palæſtinæ ſuæ congeſſit. *V.* 51. Benè noſter דהוה in Maſculino quum Erford. דהות in Fœminino malè habeat. Beckius מן in hôc verſiculo occurrens cum Chirek, non cum Kametz ſcribi vult, cum tamen מִן Præpoſitiones, a, abs, ex. מָן autem Targumiſtæ Hagiographorum uſitatiſſimum quis, qui, quum ſignificet. Vid. Buxtorf. Lexicon. De Hadadis Quæſtione מה הוא דהבה Vide præter ea quæ Beckius in notis citat: מדרש רבות p. 92. 4. *V.* 52. אֲרוּם Noſter; malè autem Erford. אֱדוֹם quia vox מִנְהוֹן tum ſuperflua eſt, quæ jam ſupponit Idumæos, & ſequens ſententia connexione caret. CAP. II. Hujus capitis priores 29. verſiculi ut & 31. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 43. 47. in Codice Erfordienſi deſunt. *V.* 17. de Jethero quem Targumiſta noſter Iſraelitam, Paſuk autem Iſmaelitam vocat ita comentatur Raſchi: ובשמואל כתוב הישראלי בארץ ישמעאל היה דר דוגמ׳ בית עובד אדום הגתי וכן וישלח המלך ויקח את חירם מצור בן אשה אלמנה ואביו איש צורי: h. e. *Et in Samuele ſcriptum eſt Iſraelita in terrâ Iſmael fuit habitans ſimilis domui Obed Edom Hagittæ, & ſic miſit Rex & ſumpſit Hyram de Zur filium mulieris viduæ, & Pater Vir fuit ex Zur.* *V.* 19. ית מרים Habet hoc & Raſchi in Exod. 35. 30. חור בנה של מרים היה: *Chur filius ejus ex Mirjam fuit.* Conf. & Sanhedrin fol. 69. 2. & Raſchi. ותמת עזובה ויקח לו כלב את אפרת אלמא חור בר כלב ובצלאל הי׳ דור שלישי: *Et mortua eſt Zuba & ſumpſit ſibi Caleb Ephrat, Ergo Chur filius fuit*

Calebi

ונתמצעו ימיהם של בריות שמה חלה היו בני אדם חיים ט" מאות שנה ויותר ונחצו בימי ארפכשד ואילך ל'ד" מאות שנה ויותר ומן פלג ואילך נחצו למאתים אותן ד" מאות: *Diviſi ſunt & dimidiati dies illorum à Creatione, primum vixerunt homines* 900 *annos & amplius, & diviſi ſunt in diebus Arphachſad & ulteriùs ad* 400 *annos & amplius; & à Phaleg ulterius diviſi ſunt* 400 *anni in* 200 *annos.* Quæ noſtra Targumica derivatio optimè cum verſiculo ſequenti convenit. *v.* 22. Erfordienſis non tantum contra Paſuk Gen. 10. & ejus Targum Onkeloſi omittit Abimaelem & Seban ſed etiam confundendo verſum 22. cum 23. bis Havilam ponit: Meliùs noſter ſingula ſingulis attribuendo diſtinguit. *v.* 31. Ineptè planè Erford. Hebraica Filiorum Iſmaelis nomina repetit. *v.* 32. Vox אולידת aut ſuperflua aut ſine connexione in Cod. Erford. adjecta, deeſt in noſtrô. *v.* 39. MS. noſtrum habuit: לִיטָּאֵי quod in לוּטָּאֵי ex verſiculo 40. ſequenti ubi bis occurrit mutamus. *v.* 43. Repiritur vox יעקן Gen. 36. 27. cum ו: ועקן in Paſuk & Targ. Onkeloſi, unde & ר"דק Com. in h. l. dicit quod יעקן in Hebr. hîc ſit בי"וד ובתורה ועקן בו"ו: *v.* 45. De Pinchaſo occiſo à Bela qui Joſ. 13. 22. Bileam Ben Peor vocatur vide Sanhedrin fol. 106. col. 3. בר תלתין ותלת שנין בלעם חגירא כד קטילתי פנחס: וכו' *Natus erat* 33. *annos claudicans Bileam, quem occidit Pinehas &c.* *v.* 46. Vocem דְרוֹמָא Beckius melius per Daromam quam per Meridiem explicare credit, cum tamen vox hæc ſemper pro Auſtro & ארעא דרומא pro terrâ meridionali ſumatur. *v.* 49. פלטיותא Peluſium eſſe hariolor cujus ſit mentio in Targ. Hieroſ. Exod. 1. 11.

Item

Erford. אלסונרסום: benè à Noſtrô dividitur in אלסו quæ Hebræo אלישה & vox וטרסום quæ Hebræo ותרשישה reſpondet. Abbreviationes ל״א desunt in Erfordienſi Codice. *V.* 8. Pro Hebræo פוט noſter אלייחרק habet, quod *Alchairam* Ægypti vel aliam quandam Provinciam Africæ hujus nominis denotat. Miror autem quod vocem ופוט: Jerem. 46. 9. occurrentem Jonathan ibi reddat ופוטאי noſter autem hîc אלייחרק. *v.* 13. בותניאם nomen Regionis eſt ultra Jordanem. Unde Deut. 32. 14. in Targ. Hieroſ. דיכרין בני בתנייא *Arietes ex Botnæa* Conf. Targum Jonathanis Deut. 32. 22. Quomodo autem Bochartus l. 4. Geogr. c. 35. & cum eô Beckius Cadmum (Curtius l. 4. Agenorem nominat) Exſtructorem Sidonis faciant, ipſi videant, cum nulla certa hujus rei veſtigia nec à Clar. Relando in Palæſtina l. 3. voce Sidonis inveniri potuerint. Nos autem nomen Regionis à Fundatore appellatæ pro lubitu immutare aliaque puncta & literas ſine neceſſitate connectere nolumus. *v.* 15. Beckius vocem אנתוסאי *Aretuſæum* vertit cùm tamen ab *Antiſſa* Lesbiæ urbe incolæ אנתוסאי *Antuſæi* dicantur Conf. Stephan. l. de urbibus hâc voce. *v.* 20. Erfordienſis confundit Etymologiam *Phalegi* & *Joktanis*: attribuit enim Targumiſta noſter diviſionem terræ Phalego & Joktani abbreviationem dierum, quæ ipſius ſunt additamenta ut rationem denominationis huic æque ac Textus Hebræus illi aſſignet. Verba igitur R. S. Jarchæi non circa nomen Phalegi prouti Perush ejus quidem vult ſed circa nomen Joktanis, quaſi Targum noſtrum inſpexiſſet ac exinde Etymologiam extraxiſſet verſantur: Raſchi autem ita ait נתחלקו

ונתמצעו

diebus mundi, cujus nulla dantur veſtigia in Textu Hebræo, & quam de ſuô addidit ſcriba; Noſter ſtrictè Paſuk ſequutus eam omiſit, includens inſcriptionem Erfordienſem in verbis תרגים של דברי הימים: *Paraphraſis Chaldaica in Libros Chronicorum* vel in *Verba Dierum*. Deſunt in PRIMO CAPITE Codicis Erford, ſequentes verſiculi 2. 3. 4. 25. 26. 27. 28. 34. 35. 36. 37. 39. 40. 41. 42. 48. 49. 50. *V.* 5. Pro voce collectiva אפריקי Latinam *Africa* poſui, quia hîc jam de Regionibus ſermo eſt; morem hunc obſervat Targumiſta noſter in vocibus proximè ſubſequentibus והרקי & והמראי incolas provinciarum pro provinciis ipſis ponens. Vocem ויתיניא *Bithyniam* ttanſtuli, deficiente Vau copulativo, quod etiam verſus finem verſiculi hujus deeſt, & Vau pro β. more Græcorum poſito. Dageshato autem Jod, alterum Jod noſter addit prouti hoc quam ſæpiſſimè in ſequentibus videbimus. Pro ומוסייא Noſter habuit ואוסייא mutavi autem א in מ quia vox hæc ita ſub finem verſiculi hujus ſcribitur. Targum Hieroſolymitanum ואנהייא habet, & Buxtorfius Targum Onkeloſi Gen. x. 2. אוסיא habere dicit, ſed vocem hanc ibi reperiri non potui. Bochartus explicat nomen hoc per *Auſoniam* & Aben Eſra in Pſal. cxx. incolas Meſchechi Toſcanos appellat כי משך הם אנשי תושקאנה: *Auſones* autem *Italos* appellat Lycophron uti & Stephanus lib. de Urbibus. Vid. Strab. lib. 5. Geogr. p. 355. & Dionyſ. Alex. l. de ſitu orbis. v. 98. ſeqq. *V.* 9. Pro פרסווי *Perſia* Erfordienſis Codex habet פרכווי quam vocem non punctatam Beckius vicinos Perſarum *Parthos* פרתואי ex Targum Hieroſolymitano & Targum in איכה reddit. *V.* 7. Monſtroſa vox

Erford.

Commentarium, ne memetipſum potiùs quam Manuſcriptum edere videar. Cl. Beckius hoc fecit ut defectum Manuſcripti Erfordienſis eruditione Notarum excuſaret ac adimpleret: Mihi illud Sanhedrinum fol. 40. col. 1. לא כחל ולא שרק ולא פרכם ויעלת חן: *Non fucavit oculos, neque fucavit faciem, neque fucavit capillos, & tamen gratioſa eſt*, placet, & huc quadrare videtur, quod Targum noſtrum nativâ ornatum pulchritudine alienis non egeat coloribus fuciſve. Attamen Illuſtrationis gratiâ nonnulla maximè neceſſaria pauciſſimis hîc adnotare lubet paginis. Et *primo* quidem me Accentus in quatuor prioribus capitibus & ſparſim ſed raró alibi occurrentes omiſiſſe, ne quod ſcriba ex ſuperfluâ ſedulitate adjecit, Targumiſtæ Noſtro, (cui ut & aliis Accentus ſunt inuſitati) vitio vertatur. *Secundò* geminata Vau cum Schva & vocalibus, item Jod præter Dagesh geminata corrigere nolui, ne Proprietati Dialecti Hieroſolymitanæ in Talmud, Zohar, & aliis Medraſchim obvias aliquid derogare videar. *Tertiò* ubicunque Codex Cantabrigienſis emendatione opus habet referam. Et *quartò* quia Codex Erfordienſis Cl. Beckii tot vitiis & defectibus refertus eſt, hinc ea tantùm adnotabo quæ aut ipſe omiſit aut neſcivit. *Quintò* denique, ubicunque Commentatores Rabbinicos & Talmudicos voces Paraphraſeos Chaldaicæ obſcuras aut non benè notas explicâſſe invenero, paucis ea referam. Ad rem ipſam igitur me accingam.

Erfordienſis Codex Inſcriptionem præfigit Paraphraſi Chaldaicæ, דֵּין סְפַר יִחוּסַיָּא פִּתְגָמֵי יוֹמַיָּא דְּמִן יוֹמֵי עָלְמָא: *Hic Liber Genealogicus: Verba Dierum à*

 diebus

וכתובים כי אם אחד במדינה ושנים באיקלים לכן לא היה מי שהשגיח בהם : *Antequam res Typographica inventa eſt, non fuerunt inventæ Paraphraſes Chaldaicæ in Prophetas & Hagiographa, niſi una in Provinciâ, & duæ in climate ideò nullus fuit qui in iis aliquid emendârit.*

Codex manuſcriptus Paraphraſin Chaldaicam Librorum Chronicorum (quam modò exhibeo) continens è Bibliothecâ Erpenianâ à Duce Buckinghamiæ, Academiæ Cantabrigienſis Cancellario emptus, Publicæ Univerſitatis illius Bibliothecæ dono datus ibi conſervatur. Scriptus eſt Textu Hebraicô alternatim poſitô manu pereleganti in Pergamentô Annô Chriſti milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimô, uti ex clauſulâ Totius Libri (qui Pſalmos, Proverbia, Jobum, Danielem, Ezram, Nehemiam & Paraleipomena unà cum Targum cujuslibet ferè continet) apparet: סיימתי הכתובים עם התרגום חמשת אלפים ומאה ושבע לבריאת עולם בששי בשבת באחד ועשרים יום לחדש טבת : *Finivi Hagiographa cum Paraphraſi Chaldaicâ quinquies milleſimô, centeſimô & ſeptimô creationis mundi ſextó hebdomadis, viceſimo primô die menſis Thebet.* Et Colophonem Codici ſuo imponens ſcriba addit: חזק ונתחזק חיים הסופר לא יוזק : *Confirmando confirmetur Chaim ſcriba, non lædatur.* Exſcripſerat idem hoc Targum olim Dn. Samuel Clericus Architypographus Oxonienſis, quod cum verſione Latinâ & aliis S. Scripturæ Libris, Arabicis, Perſicis, Syriacis &c. in lucem dare promiſit, ſed præmaturâ morte ereptus mihi hoc negotium perficiendum reliquit. Nullum, Lector Benevole, Paraphraſi Noſtræ Chaldaicæ addere volui Com-

fuit annô quater milleſimô. Scripta eſt Chaldaica Paraphraſis Librorum Chronicorum ſtylô Hieroſolymitanô, eô ſcilicet, quô Targum Hieroſolymitanum, (cujus eundem Rabbi Joſephum סגי נהור Auctorem eſſe crediderim) & Targum in Legem vulgò Jonathanis filii Uzielis dictum, ſunt conſcripta. Fuit autem hæc Dialectus cognita & maximè familiaris Judæis Hieroſolymæ & in circumjacentibus Provinciis habitantibus: Unde evenit ut in antiquiſſimis Manuſcriptis Hebraicis (de ſacro V. T. Codice loquor) Chaldaica Paraphraſis cuilibet commati addita inveniatur, quia Lingua Hebræa quaſi Lingua Eruditorum plebi Judaicæ jam tum incognita aut ad minimum non ita communis eſſe cœpit, adeò ut Rabbi in Synagogâ Textum Hebræum legenti, חזן *Præcentor* à latere adſtiterit, repetens quemlibet verſum in linguâ Chaldaicâ, quò pactô magna Paraphraſium Chaldaicarum introducta eſt auctoritas, Onkeloſi in primis, cujus Targum ſimul cum Paraſcha Hebræâ ſemel quâvis hebdomade legi debere aſſerit Elias Levita Præfat. in Methurgeman his verbis: מפני שחייבים אנחנו לקרא בכל שבוע הפרשה שנים מקרא ואחד תרגום: *Quia tenemur quâvis hebdomade legere Paraſcham bis, iu Textu Hebræo, & ſemel in Targum.* Nullatenus autem miror quare nunquam adhuc integrum Librorum Chronicorum Targum exhibuerint Judæi (quod enim Cl. Beckius Auguſtæ Vindelicorum Anno 1680. in IVto typis impreſſit, mutilum quam maximè ac plenum errorum eſt) quia, ut Elias Levita in Præfatione toties citatâ ait, pauciſſima Hagiographorum Targumim inter ipſos Judæos extabant exemplaria. קודם שנמצאה מלאכת הדפוס לא היו נמצאים תרגום נביאים וכתובים

Noſter, ſed magis Onkeloſum ſequutus *κατὰ πόδα* ut plurimum Textum Hebræum interpretetur. Melius igitur communi applaudens opinioni Auctorem Hagiographorum & per conſequens Librorum Chronicorum conſtituo *Joſephum*, qui plerumque ab Auctoribus Talmudicis, Scaligeroque, Buxtorfio, Coccejo & aliis Cœcus vel Luſcus dicitur. Hinc per *ἀντιπερίστασιν* in libro שפתי ישנים fol. ק״ה. col. ה״. רב יוסף סגי נהור *Rabbi Joſeph multum videns*, vocatur, & fol. צ״א. col. ג. ejusdem libri vocatur *Auctor Paraphraſeos Chaldaicæ in Hagiographa:* תרגום רבי יסף על כתבים : Et in Tractatu Talmudico בבא קמא fol. ג״. in Caput primum Obadiæ : commate 6. poſt verba: איך נחפשו עשו ובעו מצפוניו כדמתרגום רב יוסף איברין אתבליש עשו אתגלין מטמרוהי: *h. e. quomodo quæſitus eſt Eſavus, detecta ſunt abſcondita ejus, ſicut interpretatur Rabbi Joſeph: ſicut quæſitus eſt Eſavus, ſecreta ejus detecta ſunt.* Super hæc verba gloſſa תוספות dicit quod *Joſephus*, quia cœcus fuit, linguâ ſanctâ ſcribere non fuerit auſus ſed Paraphraſin Chaldaicam tantùm ediderit. Vixit autem *Rabbi Joſeph* circa trecenteſimum poſt ſecundi templi everſionem annum, poſt editum Talmud Hieroſolymitanum uti Galatinus, Epiſcopus Nebienſis in Octaplis ſuis, Sixtuſque Senenſis (qui illum circa Annum Chriſti cccc mum floruiſſe ait) ſcribunt. Et R. Abraham Zachuth dicit, quod שבימי התנאים נעשה תרגום של כתובים, *in diebus Tanaim facta ſit Paraphraſis Chaldaica in Hagiographa.* Et in librô שפתי ישנים fol. ק״ה. col. ה״, דור שלישי מן אמוראים רב יוסף סגי נהור ראש ישיבה בסוריא ה״ שנת ד״ אלפים : *Tertia generatio ex Ammeroim Rabbi Joſeph Magiſter Academiæ in Syriâ fuit*

LECTORI BENEVOLO

SALUTEM.

VOTA Clariſſimorum Virorum qui Paraphraſin Chaldaicam Librorum Chronicorum in Angliâ latitantem typis expreſſam videre exoptârunt, animum mihi addiderunt, cum ante ſeptem annos Cantabrigiæ verſarer, illam accuratè deſcribendi, jamque *Tibi* cum verſione Latinâ offerendi. Non multum operæ impendam in congerendis diverſis opinionibus de Auctore Targum, uti omnium Hagiographorum ita & Librorum Chronicorum, quibuſdam לאיש לא ידענוהו *Viro incognito*, aliis Jonathani filio Uzielis (vide Juchaſin p. 53.) illud adſcribentibus: Extat namque in Talmud Baba batra cap. 8. quod cum Jonathan poſt Prophetas Hagiographa explicare vellet, exierit בת קול ואמרה לו דייך *vox & dixerit ipſi, ſufficiat Tibi:* Sed diverſitas ſtyli in Prophetis & Hagiographis palmarium eſt argumentum Jonathani Targum hoc denegandi. Multis argumentis & auctoritate Auguſtini, Juſtiniani, Eliæ Levitæ in Præfatione in מתורגמן, Talmudici Tractatûs Megilla, Zacuthi, Azariæque contra Galatinum & Druſium hoc ex Pſal. 18. & 2. libro Regum probavit Clar. Thom. Smithus, Vir, dum viveret, mihi amiciſſimus, in Diatribe de Paraphr. Chaldaicis. p. 84. & ſequentibus, quod hîc repetere ſuperſedeo. Accedit quod Targumiſta Prophetarum non tot explicationes Paraphraſi ſuæ immiſceat atque

 Noſter,

ſae Juvenum licentiae alibi conſpicuae deprehendere licet, de quibus dici poteſt ex ברכות Hieroſol. c. 4. in Gemara: אלו תלמידי חכמים שהיו עשוין שורות שורות בכרם: *quod diſcipuli Sapientum lineatim inſtar vineae ſint diſpoſiti.*

Floreat Celeberrima haec Academia quam plurimos adhuc annos in Literati orbis incrementum. Naſcatur porro ex EA vera Muſarum ſoboles, ſacra hac Matre digniſſima, quae tradita a VOBIS praecepta in ſeros uſque Poſteros propaget. Vivat Neſtoream aetatem Sereniſſimus DUX, CANCELLARIUS Veſter Honoratiſſimus, ſub Cujus Auſpiciis Gloria Veſtra, Scientiae & Studia ad ſummum Laudum culmen aſcenderunt. Gaudeat Inclyta CANTABRIGIENSIS Plurimum Reverendo Domino VICE-CANCELLARIO reliquiſque Excellentiſſimis ac Doctiſſimis VIRIS diu multumque ſuperſtitibus, ut Eccleſia, Patria Orbiſque Eruditus per longam annorum ſeriem adhuc fructibus Studiorum ac Laborum Veſtrorum frui queant. Dabam Amſtelaedami. v. Id. Febr. cIↃ IↃccxv.

PRAE-

VESTRIS ſummopere veneretur. Habet Aula Britannica quod Felicitatem VESTRAM adaugere ſtudeat, quia VOS PATRUM PATRIAE mores & ſtudia formâſtis. Habet Academia quod de incrementis ſuis gaudeat, quum tot ordini VESTRO adſcripti nomina ſua nunquam intermoritura laude ad poſteros transmittunt. Habent Familiae Britannicae & cis-marinae quod VOBIS gratulando grates referant, quia Facta Majorum exemplis exprimere vitamque a primis quaſi natalibus nomine & ſtemmate dignam in ſalutem Patriae ducere eas docetis: ſic ut publice fatear cum mihi plurimas Europae Academias inviſere contigit, VESTRAM ſororioque VOBIS conjunctam vinculo, Celeberrimam OXONIENSEM, palmam omnibus praeripere, ſive Regiam Fundatorum Liberalitatem ſpectem, ſive numerum Virorum Pietatis & Solidae Eruditionis encomiis Clariſſimorum reſpiciam, ſive optimos mores Rectorum, Profeſſorum ac Sociorum inſpiciam, quibus a primo diluculo ad ſeram veſperam Pietati Benefactorum reſpondere curae cordique eſt, ſive denique ordinem conſiderem Studioſorum inter quos nec veſtigium pernicioſae

ſae

fuere barbariemque penitus exterminârunt. Et quid mirum? VOS plenis *poculis* Scientias avida earum ſiti languentibus propinatis ſacrorum Aganippes fontium Cuſtodes, VOS ignorantiae tenebras diſpellitis genuini APOLLINIS Filii, *Lucem* actionibus piis, juſtis & & honeſtis adferendo, ut TRISMEGISTI quaſi cyatho apud VOS Sapientiam exhaurire liceat, & quot Praefectos Collegiorum & Aularum tot ſydera atque in coelo Sapientiae ſtellas primae magnitudinis ad affundendam Scientiis Lucem intueri videamur: HINC LUCEM ET POCULA SACRA.

Eloquuntur Famam VESTRAM adhuc hodie digniſſimi Muſarum Alumni, quibus ALMA MATER CANTABRIGIA lacteas mentium epulas, Virtutum alimenta & gloriae nutrimenta apponit (appoſuiſſet & mihi quum me Illuſtriſſimus atque Maxime Reverendus Epiſcopus Elienſis Filium Veſtrum deſtinârat, niſi varia itinera & funeſta mors Piiſſimi hujus PRAESULIS quem Patrem meum aequiſſimo jure dixero me ab hac felicitate deturbaſſent). Habet ECCLESIA quod Doctores in Diſcipulis

VE-

manant, tot Hiſtoriae ac Chronologiae Veteris Foederis loca illuſtrantur, & diu multumque deſideratae Paraphraſes Chaldaicae in integrum reſtituuntur.

Totum hoc VOBIS acceptum refert Eruditus Orbis; Academiae VESTRAE gloria haec cedit, quae multa verae Sapientiae Compendia, quam plurima omnium Scientiarum volumina & innumeros fere egregii Ingenii foetus produxit immortalitati conſecratos, ut VESTRAE Typographiae, reliquis demptis, exornandae inſtructiſſimae Bibliothecae ſufficiant ſolae, nec aliunde Litteras Libroſve mendicare opus habeant.

Ex VESTRIS Collegiis & Aulis velut ex equo Trojano prodiere Herculea Eccleſiae Anglicanae fulcra, Achyllea Regni Britannici munimina, certiſſimaque Muſarum praeſidia, quae nutantibus olim Religionis fundamentis Atlantium inſtar ſinuata brachia humeroſque praebuere, quae ſalutaribus Conſiliis contra Hoſtium impetus aggerum vicem praeſtitere, quae Studiis ornamento ac emolumento

 fuere

REvertitur ad VOS Paraphrasis Chaldaica Librorum Chronicorum ex Codicibus Bibliothecae VESTRAE Publicae eruta, ſupplex ut Latio donatam benigne ſuſcipere VESTRAMQUE agnoſcere dignemini. VOS hoſpitio haud invito eam jam diu excepiſtis ac foviſtis; VOS inter κειμήλια VESTRA illam conſervaſtis, ut ad alius Patrocinium nunc confugere nec voluerit nec debuerit.

Decertavit egregium hoc Vetuſtatis Monumentum cum oblivione & neglectu per multos annorum decurſus, deſideriumque publicae lucis a MAGNA BRITANNIA remote agentium accendit, jam demum ab injuria temporum vindicatum Tibi, Illustrissime Dux, Vobisque Magnifici ac Clarissimi Viri, humillime reddo, antiquitate & excellentia Codicis VESTRI confiſus, memorque illius Talmudici בבא קמא fol. 92. col. 2. בירא דשתית מניה לא תשדי ביה קלא: *Fonti ex quo bibiſti, glebam ne injicias.* Ex hac ſcaturigine tot inſignia Divinitatis דמימרא ד"י *Verbi Domini* teſtimonia promanant,

INCLYTAE ACADEMIAE

CANTABRIGIENSIS

DOMINO CANCELLARIO

PRINCIPI *Virtutum gloria & Familiae antiquitate longe Illuſtri*

DOMINO

CAROLO

DUCI SOMMERSETIAE, &c. &c.

ut &

Plurimum Reverendis, Magnificis ac Clariſſimis Dominis

DOMINO VICE-CANCELLARIO

MAGISTRIS & PRAEPOSITIS *omnium Collegiorum & Aularum*

NEC NON

Reverendis ac Doctiſſimis Dominis Procuratoribus

DAVID WILKINS

Felicitatem Perpetuam.

תרגום

של דברי הימים

ראשונים ואחרונים יסדו רבי יוסף
ראש ישיבה בסוריא.

PARAPHRASIS CHALDAICA

IN LIBRUM PRIOREM ET POSTERIOREM CHRONICORUM

AUCTORE

RABBI JOSEPHO

RECTORE ACADEMIAE IN SYRIA,

Nunc demum e MSto. Cantabrigienſi deſcripta, ac cum Verſione Latina in Lucem miſſa

a

DAVIDE WILKINS.

AMSTELAEDAMI,

Apud JOHANNEM BOOM. CIƆ IƆ CCXV.

v. Buddeum Isag. ad Theol. univ. l. 2. c. 8. §. 5. t. 2. p.
1512. ex cujus [illegible] ibid. observatis. Wolfius monet,
a R. Josepho hanc Paraphrasin a alios argumen-
to adscribi, quum quod is vulgo auctor Paraphra-
seos in Hagiographa, quibus & libri Chronicorum
annumerantur, dicatur. v. Editorem pro Rectore
Academiae in Syria, vel etiam scriptorem suae Re-
ctorem Academiae Soranae, scil. in Babylonia.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

—uh—

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII*
B
32
NAPOLI

Cr. 14